



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

26





18154 Jan

**NI38**

DE VITA  
**HIERONYMI**  
**AEMILIANI**

Congregationis Somaschæ  
Fundatoris.

*L I B R I   IV.*

**AVGVSTINO TVRTVRA**  
Eiusdem Congregationis  
Clerico Regulari

AUCTORE



*S. Marie in Foro tenui in Campitelli*

**R O M Æ,**  
Typis Francisci Monetæ. 1657.

*Superiorum Permissu.*

*Ex Libris Biblioth. nobis relict ex Agate illa. et. Pm.  
Augustini Archidiaconi Francisci Archi*





MO,  
EMINEN. AC REVER. D.  
MO

D. PETRO  
OTTOBONO  
S.R.E. CARD. AMPLISSIMO,  
BRIXLÆQUE EPISCOPO.



IBER hic de vita Venerabilis Patris Nostri Hieronymi Ämiliani conscriptus, qui ut piorum votis satis esset, non semel & iterum in lucem prodijt, typis nunc denuò commendatus Purpuræ tuæ splendorem amat (CARDINALIS EMINENTISSIME) non aliqua ductus ambitione, quippe qui neglectæ glorie præfert exemplar, sed ex-

•  
\* 2

citus

citus obsequio, cum non vno Tibi nomine intelligat se deberi . Nimirum par erat , vt eum confidentius adiret Hieronymus , quem Reipublicæ communione coniunctum, Nobilitate parem , Pietate cognouerat similem . Reddebat oculis tuis huius codicis paginae summarum virtutum formas, que Parentem nostrum terris planè admirabilem exhibebat ; Eas vero intuebere Tibi apprime adludentes . Tuam enim ipsius imaginem tanquam in speculo hic deprehendes , & quæ in alijs animi ornamenta deprædicas, vel irritus tuas in laudes retorquebis. Sapientiam, non Fortunam Rotæ innixam Roma suspexit, eum Te Sacrae Romanæ Rotæ consuliſſimum Auditorem delegit Vrbanus ; Morum candorem , & innocentiam Purpura décorauit Innocentius ; suum habet Ephestionem Alexander , cum summiā in rebus agendis dexteritatem , viuidam mentem arduis quibusque negotijs parem , incorruptam in

in omnibus probitatem, suā, hoc est,  
integerima dignam benevolentia (cui  
vna Virtus in pretio est) probat, exer-  
cit, Orbique Sanctiori præbet Oracu-  
lo venerandam. Adeò humānum quo-  
dammodo prætergressa fastigium Vir-  
tus tua continuata honorum serie Cœ-  
lo conterminam sibi conciliat maiesta-  
tem. Cum igitur ames iuratis, quod in  
Te optimi admirantur, quidni Virum  
hunc omni laudum genere præstantissi-  
mum complectaris? Excipe vñā cum  
Parentis nostri præclarè pièque gestis  
totius Congregationis obsequium;  
Nosque pro singulari qua fóues huma-  
nitate, ut cumulatissimè fortunes, qui  
adhuc in Terris deest tanti Viri meri-  
tis, Cultum curare non desinas. Vale  
Tibi, totiusque Christianæ Reipubli-  
cæ bono.

Ecclesi 44

I.M:L.



Impri-

**Imprimatur , si videbitur ReueFendiss. P. Sacri  
Palatij Apost. Mag.**

*M. A. Oddas Episc. Hierap. Vicesg.*

ବୁଦ୍ଧି କାହାର କାହାର କାହାର କାହାର କାହାର କାହାର କାହାର କାହାର

*Imprimatur iterum,*  
**Fr. Raimundus Capisuccus Mag. Sac. Pal. Apost.**  
**Ord. Prædicatorum.**

## PROTESTATIO AVCTORIS.

**C**VM Sanctiss. D.N.VRBANVS PP.VIII. die 13. Martij  
anno 1625. in Se Congregationis S. R. & Vniuersalitatis  
Inquisitionis Decretu ediderit, identique confirmauerit die 5.  
Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui  
Santitate, seu Martitis fama celebres est vita migraverunt,  
gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunque beneficia,  
et quam eorum intercessionibus à Deo accepta continentur  
sive recognitione, atque approbatione. Ordinarij, & quæ  
hactenus sine ea impressæ sunt, nullo modo vult censeri appro-  
batæ. Idem autem Sanctissimus die 5.Iulij 1634. ita expli-  
cuerit, vt nimis non admittantur Elogia Sancti, vel Beati  
absolutæ, & quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum  
protestatione in principio, quod ijs nulla adgit auctoritas ab  
Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes Auctorem.  
Hunc Decreto; eiusque confirmationi, & declaracioni obser-  
uantia, & reverentia, qua pars est, insistendo profiteor me  
haud alio sensu quicquid in hoc libro refero, accipere, aut  
accipi ab ullo velle quam quo ea solent, quæ humana dumita-  
xare auctoritate, non autem diuina Catholice Romane Eccle-  
sie, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, sjs tantummodo  
exceptis, quos eodem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum,  
aut Martyrum Catalogo adscriptis.

D.AVGV-

D. AVGVSTINI  
TVR TVRÆ  
PRÆPOSITI GENERALIS  
Clericorum Regularium Congre-  
gationis Somaschæ,  
Et Doctrinæ Christianæ in Gallia.

*Ad Patres, & Fratres eiusdem  
Congregationis.*

Pastoralis exhortatio ad Hieronymi vite  
lectionem, & imitationem.



OGIT ANTI mibi sepe nume-  
ro, & memoria sapientis oracu-  
lum repetenti. Laudemus viros Eccles. 44  
gloriosos, & Patres nostros in  
generatione sua. Sapientiam etiam  
in mentem venit hoc me debere  
pietatis officium Hieronymo Aemiliano nostra  
Somaschensis Congregationis parenti optimo,  
nonnullisque eiusdem sociis, quorum præclaræ  
gesta ab aliis quidem ante me litteris mandata.  
sed adeò mutila, & imperfecta animaduertebam,  
ut permulta de illis, eaque insignis posteritatem  
laterent, szaque fraudaretur laude diuina boni-  
tatis, & Hieronymi, aliorumque virtus, & magna  
carent pietatis fructu; qui eo duce spirituali-

militia in hac nostra Congregatione nomina de-  
dissent: animum igitur aliquando adieci ad uni-  
uersa, quae de Hieronymo colligere possem certo  
ordine exscribenda; & factum est Deo benè iuuā-  
te, ut ardens in Hieronymi obsequium animus,  
inter innumera penè obiecta impedita opus  
tandem ad exitum perduxerit; quo euentu fa-  
ctum erat mea in Hieronymum, eiusque socios  
pietatis satis, nec ulterius modo ferebantur vo-  
ta, sed iacebat opus in aduersariis quale quæle  
primo illo scribētis ardore exciderat, donec adhi-  
bita per otium aridiore punice, seu asperiore  
lima liceret aliquando non malè expolitum in lu-  
cem proferre: cùm noua hæc publicaque persona  
Præpositi Generalis nō multo post mibi imposta  
ficeret, ut scriptiunculam hanc obliuioni penè tra-  
ditam respicerem, tamque vobis potissimum, Pa-  
tres, hoc tempore oblatam, & dicata esse vo-  
luerim; non tam de operis elegantia, & nitore,  
quæm de Pastorali meo munere, vestroque spiri-  
tuali profectu solicitus; elegantioris enim scri-  
ptoris laudem negligere haud grauare poteram;  
propterea quod, ut nullam mibi scribenda bisto-  
riae peritiam arrogo, ita nullius plausum in eo  
genere ambo. Sed onus Pastoralis curæ, quo ve-  
stram in spirituali vita solitudinē in dies pro-  
mouere, acriusque incitare cogor, vel negligenter  
pertractasse, non nisi magno cum salutis no-  
stræ periculo futurum intelligebam: Quo circa  
cum alias sepe multis modis, tūm vero in pre-  
senti has Hieronymi vita vos omnes quantum  
possum ad maiores vite spiritualis progressus,  
quasi acutissimis calcaribus admotis, urgeo.  
Cur

**Cur enim vos Patres religiose vite studiis ad-**  
**diēs non multo facilius ad maiora pietatis in-**  
**crementa hac una ratione incitari mibi certissi-**  
**mè persuadeam, qua vel facinorosos homines fa-**  
**cillime ab scelere auocari Spiritus Sanctus apud**  
**Ezechielem illis verbis aperuit: Tu autem fili ho-**  
minis ostende domui Israel templum, ut confundantur ab iniurias suis, & metiantur  
fabricam, & erubescant ex omnibus, quæ fecerunt,  
**Quem locum alibi expendens S. Gregorius**  
**nostro huic instituto aptissimè sic interpretatur.**  
**Templum quippe Dei filii Israel ad confusio-**  
**nem ostenditur, quando vniuersusque iusti ani-**  
**ma, quam inspirando Deus inhabitat, quanta**  
**sancitate fulget ad confusionem suam peccato-**  
**ribus demonstratur; ut in illa bonum, quod ne-**  
**ligunt videant, & in se ipsis malum, quod ope-**  
**rantur erubescant. Metiri vero fabricam, est**  
**pensare subtiliter iustorum vitam. Huiusmodi**  
**templum Domini voce apud Ezechielem indica-**  
**tum vobis propono, cum Hieronymi Parentis,**  
**Institutoris nostri vitam ad contemplandum**  
**offerro, quem certè post mutatos diuina virtute**  
**in melius mores, viuum Dei templum appellare**  
**licet, in quo iuge sacrificium contriti cordis,**  
**emaciati corporis offerebatur, & perpetuò diui-**  
**na lex illa viguit. Ignis autem in altari semper**  
**ardebit. Cuius rei testes ille dilectionis in Deum,**  
**charitatis in proximos, misericordia in egenos**  
**flagrantissima flamma, quæ ad animorum salu-**  
**tem procurandam ex incenso hominis pectore pe-**  
**rennes erumpabant; quæque nunc hac noua eius**  
**vita euulgatione in totam Religionem suibrata,**

43.

Moral. in  
Iob lib. 24  
cap. 62.

Leuit. 6.

Sap.3. atque diffusa. Tanquam scintillæ in arundineto  
discurrent, & ad maiora virtutum opera amu-  
banda nostros animos inflammat. Ut enim  
inficiari non possum sanctorum virorū exemplis,  
unde cunque illa pectantur, magnam ineſſe vim  
ad studia pietatis in nobis excitanda, ita faten-  
dum omnino est domesticis, & auitis nescio quid  
amplius momenti, & auctoritatis ad hoc ipsum  
inſidere: ut adeò à scriptoribus memoria prodi-  
tum sit, statuas, & imagines, quibus nobiles fa-  
milia exornare aedium acria, & porticus ambi-  
tiosè solebant, non tam positas fuisse ad mortuo-  
rum memoriam propagandam, quam excitanda  
studia viuorum, ut eo veluti incitamento paren-  
tibus filii, nepotes auis quād simillimi eſſe con-  
tenderent. Vnde apud Romanos hoc vſu rece-  
ptum, quin etiam Senatus decreto cautum erat,  
ut si quis suarē aedes alteri locaret, ne nouus inqui-  
linus quidquam de conductarum aedium im-  
ginibus, maiorumue signis detraheret. Erat quip-  
pè ait Plinius, maximum excitamentum expro-  
brantibus quotidie tectis imbellem Dominum  
ingredi in alienum triumphum. Et quem alium  
finem mibi propositum putatis, dum vobis, non  
mutas maiorum imagines, & signa, vel marmo-  
re expressa vel aere fusa, vel coloribus adumbrata,  
sed cōmunitis Parentis viuam pene ac spirantem,  
& loquentem effigiem propono, nisi ut maxima-  
rum virtutum commemoratione, qua in Hiero-  
nymo nostri Instituti Parente, nonnullisque  
aliis maioribus nostris floruerunt, illud (Deo fa-  
uente consequar) Ut conuertam corda patrum  
in filios. Nequè difficultem rei euentum mibi pol-  
liceor;

Plin.

Luc. I.

ficeor, siue ad rudiores in via Domini, siue ad perfectiores, siue ad omnes simul huius libri lectio dirigatur.

A tenuioribus enim ut exordiar, de quibus Ezechielem interpretor, cum sit. Ostende eis templum, ut confundantur ab iniquitatibus suis. Quis quaeso, inter vos erit in religiosa disciplina adeo remissus, & elanguens, qui proposito sicut ad contemplandum hoc absoluta virutis templo, id est in parente, & antesignano suo defigens oculos non vehementer commoueatur; si torpeat, non exciteretur; si tepecat non inflummetur si ab eius instituto aberret, pudore non suffundatur, & planè confundatur ab iniquitatibus suis, hoc est non indignetur sis erratis, quæ licet alioquin pauca esse videantur; quia tamen in religioso viro barent, eos iniquitatis nomine Propheta damnavit. Quod si in eam mentem eorum aliqui fortasse venerint (quæ minus summis in via Domini sèpè demonum astu iniicitur) ut existiment nimis aspera, ac penè intoleranda esse, quecumque legibus instituti religiosi mandantur, aut quæ sèpè vel pastoralibus litteris, vel paternis cohortationibus ab ipsis conor impetrare, facilem isti habebunt, & paratam in Hieronymi vita, quam a morbo suo medicinam faciant, & errores ipsius usus semet arguant, nam ea de causa hoc illis virtutum exemplar obtrudi, Polycletum nobilem illum statuarium in consimili factò non inepte fortassis imitaris. Euulgo ueratis aliquando Comentarium, in quo de exacta, & adamussim membrorum omnium commensurazione, ac simetria in effingendis statuis obseruanda diligentissime

præci-

principiebat, qua in re permulbos, qui eam artem  
profiteretur grauiissime peccare animaduertebat:  
sed non deerant item quamplurimi (eius artis vi-  
delicet non admodum periti) qui negarent posse  
quempiam scalpello tam absoluti operis statuam  
effingere; addebatque facile quidem Polycletus  
fuisse præcepta illa scriptis mandare, sed qui exa-  
ctè eadem in opere retineret inueniri posse ne-  
minem è quem errorem ille egregiè confutauit,  
non verbis, sed fabricata statua iuxta commen-  
tarii sui præscripta, & ad specimen operis abso-  
lutissimi; qua palam omnibus proposita, conten-  
debat ab unoquoque, possentne, quæ de arte sta-  
tuaria præceperit omnia re ipsa accurate serua-  
ri, & religiosè retineri; unde proverbio locutus est  
factus, ut cum de perfectissimo opere loquimur.  
Ad canonem Polycleti factum dicamus. Iam ve-  
ro in simili causa, non dissimili argumento utar;  
cum enim & vulgatis nonnullis constitutioni-  
bus, quæ magis quotidiano usui inseruire posse  
videbantur, additisque sèpius tūm litteris, tūm  
cohortationibus, id quod religiosæ perfectionis  
est ab omnibus exigere sim conatus; non deerunt  
fortasse, qui quod præcipitur, id humanæ imbe-  
cillitati nimis rigidum, ac minimè ferendum  
conquerantur, sed Polycletum sequutus, non  
agam verbis, ipsum icti Hieronymum nostrum  
absolutissimum exemplar propono. Ad canonem  
Hieronymi eos prouoco, quem diligentius con-  
templantes intelligent, multè maiora esse in  
exemplari virtutum incitamenta, quam quæ icti  
vel religionis legibus, vel paternis vocibus, &  
bortamentis obseruare iubentur, & inspectio  
semel

semel hoc virtutum templo, ex Propheta oracula confundentur. Ita Gregorius ad rom nostrum egregie ait. Sanctorum virorum exempla conspicit, atque eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit.

Sed neque rudieribus solum, minusue perfectis, verum etiam perfectionibus busus vita lectio-  
nem, vobementissime profuturam ait: qui sed Hieronymi normam vitam suam, & mores expen-  
dunt, ex illius contentione facile animaduertent,  
quam lange ab eo perfectionis gradu diffent, ad  
quem idem Pater viam manit, & inuitat. Utinam isti licet spectabilissima probitatis viri Me-  
tiantur fabricam buius spiritualis edificij, quod  
illis afferimus, seque totos cum eo componant,  
hoc enim est, inquit S. Gregorius. Metiri fabri-  
cam, pensare subtiliter iustorum vitam, quam  
dum metimur, necesse est, ut ex cunctis, qua faci-  
cimus erubescamus. Certe quicunque in hac re-  
ligione datis nominibus serio perfectionem amu-  
lamur, instar eorum videri possumus, qui aurum  
venantur in fodinis, cum pro suo quisque stu-  
dio, & conatu absolute perfectionis aurum, qua  
vera, & solidacharitate continetur, quarere, &  
comparare sibi contendat; & fortasse pernulti  
satis ab eo instructos, satis munitos se ipsos pu-  
tabunt: sed queso videant, ne falsa opinione de-  
cepti, hoc tantum bonum sibi gratulentur. Su-  
deo vobis Patres emere aurum ignitum: & ne quis  
fallaci specie decipiatur, en lapis Lydius, & Coti-  
cula, ad quam illud exploret, & examinet: en  
Hieronymi nostra vita; illius comparationem se  
probent isti; confarant, queso, obedientiam, pa-  
perta-

S. Greg.  
loco cit.

Apoc.  
cap. 3.

pertatē, animi demissiōnē, & in primis suā  
in Dēum, & proximos charitatem cū Hiero-  
nymi charitate, alijsque virtutib⁹; hoc enim est,  
quod ait Prop̄beta Metiri fabricam hoc est quod  
interpretatur S. Gregorius. Metiri vērō fabricā,  
est pensare subtiliter iustorum vitam, & licet ab  
his virtutib⁹; sint non plānū deſtituti, vel etiam  
prob̄ē exculti: Hieronymi tamen comparatione  
erubescunt certi, & ex intimo cordis affectu con-  
cubentur, quia Dum metimur fabricam necesse  
est, ut ex cunctis, quæ facimus, erubescamus.  
Hoc sincerū, hoc purū, & recōctū illud  
aurūm est, quod vobis comparādūm suādeo, cū  
vitam Hieronymi nostri propono, & ad eius Ca-  
nonem omīſſis aliorum Sanctorūm exemplis, eos  
conſtanter urgo, atque prouoco. Et quamuis  
non paucos ex vobis Patres igne charitatis in ſtar  
carbonūm ſuccenſos ſciam, quorū virtute igne-  
ſecit domus Domini, & repentium peccatorū inca-  
leſcent; ſapiſſime tamen (qua humana imbecil-  
itas eſt) aliquibus etiā errorum cineribus asper-  
ſos, ſi non obductos, noui, quibus exentiendis  
iſtius vita lectio tanquam flabellūm profuerit, ut  
pariū emicet charitatis ardor, & diuini amo-  
ris flamma ardentius excitetur.

Verū quando non vni, vel alteri hominū  
generi; ſed uniuersa deuui Israēl templū  
offendere Dominus Proph̄eta denunciāt. Ita ego  
non cum perfectiorib⁹; vel minus perfectis ſeor-  
ſim agam, ſed uniuersam prorsus Congregatio-  
nem nostram ad affiduam buijs vitæ lectionem,  
& accuratam imitationem incitabo, bane enim  
ſapiens euoluere, & attente contemplari non mi-  
nus

nus est omnibus futurum utile, quām fuerit mibi  
eā illis offerre necessarium. Cum namque sepe  
menti recurrerent illa diuī Bernardi verba.  
Discite Prælati matres esse, non domini, stude-  
re magis amari, quām metui, suspendite verbe-  
ta, producite vbera: ita ego mecum tacitus re-  
putabam, quæ nam vbera filijs carissimis offeram  
regrationa; aut quæ cum illorum stomacho magis  
conueniant, quām Hieronymi communis Paren-  
tis nostri vita & propterea quod, ut est à philoso-  
phis usurpatum, quibus rebus constant vniuersa,  
ijsdem etiam nutriuntur, & conseruantur; cibis  
utimur ex elementis omnibus cōcretis, quoniam  
hoc ipsum corpus humanum constatur ex ipsis;  
materno lacte viuit infans aptissime, quod è san-  
guine matris illud corpusculum natura compe-  
git; atqui lac ipsum sanguis est, qui in mammis  
candicat, & in eiusmodi vitalem succum dēgeri-  
tur. Iam verò quis ignorat Congregationem  
hanc nostram Somaschensem Hieronymi Insti-  
tutoris nostri, charitate, paupertate, humilita-  
te, alijsque virtutibus veluti vitali sanguine  
olim cōpactam fuisse, atque cōcretam ijsdemque  
succis ab illis, qui proximè Hieronymum sequuti  
sunt, tanquam materno lacte connaturalique  
cibo nutritam, felici progressu adoleuisse, ac pro-  
inde in posterum etiam non alieno cibo, & insue-  
to, sed assimili nutrimento virtutum, ac spiri-  
tualium, exercitorum esse conseruandam?  
Quamobrem cum Prælatos illis verbis audirem  
commoneri: Producite vbera, diutius moras ne-  
ctere non potui, quin purum illud, & natuum  
lac nostræ Religionis, ao primi spiritus nutri-  
menta

Sermon. 23.  
in Cap.

Petri 1.  
c. 2.  
Exod.  
30.31.

menta vobis infillarem, simulque orgerem apophlica voce. Quasi modo geniti infantes, rationabiles sine dolo lac concupiscite. Auertat enim à nobis Deus, ut natuum succum nostræ Religionis aliquando fastidianus, ut nos humilitatis abiectionisque Hieronymi pudeat, ut eius mortificationis exercitorumque tudeat: quid enim aliud esset, quam Religioni ipsi interitum afferre, Spiritus Sancti domicilium demoliri; eque interna cordis nostri habitatione depelleret neque enim soli Moysi, sed cuique nostrum illa dicuntur. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Negavit Deus se inter populum Israeliticum commoraturum, nisi prius constructio ab eis tabernaculo, ad exemplar, quod ab illo in monte fuerat indicatum; & nobis maximè verendum est, Patres, si ab institutis, & virtutum exemplis per Hieronymum, & Domino indicatis deflectamus, si eam religiosa discipline speciem, que semper eadem esse debet immutare, & refringere velimus, ne unquam nobiscum habitare Spiritus Domini dignetur, vel hoc ipso, quod Parentis nostri mores imitari, & exprimere non conamur. Ut enim ad illud tabernaculum eleganter construendum singulari quodam privilegio artifices fuere Beseeleel, & Ooliab à Domino delecti, idemque sapientia, atque intelligentia, & Spiritu Dei erubet in instructi; ita prorsus religiosarum congregacionum Parentibus, & Conditoribus singulare quoddam sapientia munus ad eas instituendas inseri, & propria quedam virtutum dona, ac exercitia tribui exhibemandum est, quibus eiusdem

dem instituti homines facilius ad pietatem, &  
suauius ad communem religiosæ vitæ perfectio-  
nem ducantur; quæ auidè semper è primo illo fon-  
te haurire, & veluti à natura insita bona quoti-  
die excolere, & retinere unumquemque nostrum  
permagni refert. Atquè hoc illud est, Patres,  
quod in hac historia euulganda, & vobis ob oculos  
proponenda spectavi; nimirum, ut eundem  
spiritum animis vestris instillarem, qui Hiero-  
nymi Parentis nostri fuit, ut vos primogenio  
illo spiritualis vitæ nostræ Congregationis lacte  
nutririem, ut Pastoralia ubera illa, quæ monet  
S.Bernardus proferrem. Facti enim sumus par-  
vuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat  
filios suos, ut vos, inquam, ad Hieronymi exem-  
plar exigerem cuius vitam, meditantes illius  
quam simillimi esse studeatis, quò in totum Reli-  
gionis nostræ corpus similitudine studiorum, &  
animorum coniunctione compactum, & ubique  
sibi suoque capiti cohærens diuinæ beneficentia  
riui copiosius influerent, Attendite, igitur, ad Isa. 51.  
petram, vnde excisi estis, attendite ad Patrem  
vestrum, si modo religiosi cordis vestri sacri-  
cium acceptum Deo, & vnicè carum esse cupitis.

Cuius rei gratia rependite vobiscum atten-  
tius, quid olim Nehemiae acciderit, qui gratissi-  
mum Deo sacrificiū oblatus, non quemcunque  
ignem admoueri victimæ passus est, sed eū inqui-  
ri iussit, quem acceptum de altari, cum in Perse-  
dem captiui ducerentur, Sacerdotes in puteo ab-  
sconderant: Verum cum non ignem, sed aquam  
crassam in puteo iacere conspexissent, neglecto  
cœnoſo humore redierunt, Sed iussit eos hauri-  
re,

Ad The-  
sal. 2.

Ia. 51.

2. Mach.

1.

se , & afferre sibi , & sacrificia , quæ imposta-  
erant , iussit Sacerdos Nehemias aspergi ipsa  
aqua , & ligna , & quæ erant superposita . Utque  
hoc factum est , & tempus affuit , quo sol resulfit ,  
qui prius erat in nubilo , accensus est ignis ma-  
gnus , ita , ut omnes mirarentur . Et quid causa-  
esse dicemus , cur nouum ignem adhiberi Domi-  
nus notuerit , sed veterem illum , cum adhuc tem-  
plum staret , sibi ardente conquiri iussit , &  
hoc studium Sacerdotis excitandi è dissueto iam ,  
& obducto igne flammam , tam fausta volupta-  
tis obtestatione comprobaret : an non forte diui-  
nus ex nubilo excitari , num cœlitus , ut olim  
demitti potuit ? quid opus erat mortuos refodere  
quæ tanta iam non ignis , at crassi , frigidique li-  
mi necessitas urgebat & quasi verò minus gratum  
fiscorum esset holocaustum Deo , si eo igne non  
inflammaretur . Etsi hoc omnino . Patres , nobis  
accèntè meditandū , quod certè permagni refert ;  
sed ego rem , quam breuissimè potero expediam .  
Parum iucunda Deo nostrarum virtutum sacri-  
ficia offeremus , nisi illo veteri igne cōcrementur ,  
qui scante Hieronymo Sancto videlicet virtutis  
Templo , vixit . Sed videte quæso ne in Hieronymi  
virtutes intuentes . eas quasi cœnosam aquam  
repudietis , ne , si quid vobis Hieronymi exemplo  
ad proprij sensus mortificationem iniungatur ,  
illud quasi cœnum , hoc est tanquam vile , & abie-  
ctum opus auerseminti ; ne vos limo fædari existi-  
metis , si ad illa paupertatis , & penitentia incō-  
moda , qua in Hieronymo inueniunti , deueniatis :  
quæ enim eos iussit Nehemias aquam crassam , li-  
mosam , scilicet , & cœnosam haurire , facto que  
experi-

experimento, non tam limum, quam purissimum  
ignem esse ostendit; ita plane sentient, qui ar-  
denti imitatione Hieronymi seipsose cu[m] holocau-  
sta incendi, & inflammari studuerint. Haustane  
ego aquam hanc crassam ex alio, & sicco puto,  
penèque omnibus ignoto vobis offero hoc est Hiero-  
nymi gesta ex vetustis monumentis, & tabulis  
penè intermortuis non leui diligentia excerpta  
propono: & per magna eiusdem Hieronymi me-  
rita vos oro, atque obtestor, ut ferè consopitum  
antiquum illum charitatis ignem, qui stante  
Hieronymo viguit egregia virtutum Parentis  
nostrí emulatione excitetis, & obsequium vestrum  
in regulari disciplina ad exemplum maiorū no-  
strorum, quam maxime componatis: quando ad  
horū exemplar nos exigit Dominus, quo gratiore  
elli nostri spiritalis sacrificij holocausta reddatur

An illud fortè vobis excidi, quod sacrificanti  
Aaroni mandatum est, ut rationale de pectore  
penderet, in quo nomina duodecim Patriarcha-  
rum gemmatis lapillis insculpta micarentur. Cuius  
rei mysteria S. Gregorius aptissimè ad eam rem,  
de qua agimus, explicauit hisce verbis. Ascrip-  
tos enim Patres in pectore ferre; est antiquorum  
vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc  
Sacerdos irreprehensibiliter graditur, cū exem-  
pla Patrum præcedentium indefinēter intuetur.  
En vobis Patres huiusmodi rationale atten-  
tura à me elaboratū, Patrum nostrorum scilicet  
virtutes, & exempla, nō quidem auro gemmisque  
intexta, sed simplici stylo hisce libris expressa, ut  
in ea dies, noctesque acriùs intueri, & eorum  
imitatione gratissima Domino spiritus vestris fa-  
cificia

Exod. 28.

Regist.  
lib. I.  
epist. 26.

Ad Phi-  
lip. 1.

Mach. 2.  
cap. 1.

Ad Phi-  
lip. 4.

trificia reddere possitis. Hoc unum à vobis effla-  
gito, hoc, eo paterna charitatis astu succensus,  
enixè contendó, quò testis est, mihi Deus quo-  
modo cupiā omnes vos in visceribus Iesu Chri-  
sti, & hoc oro, vt charitas vestra magis, ac ma-  
gis abundet. Hunc igitur Parentis nostri spí-  
ritum in Dei obsequio concipite, Patres, has ma-  
iorum nostrorum virtutes emulamini, vestros  
conatus omnes, studia, & labores antiquo illo  
Hieronymi charitatis igne incēdite: præter enim  
grauissima holocausta, que Dño reddemus, illud  
etiam consequemur, quod Nebemia, accidit, cū li-  
mosa illa aqua sacrificium aspergi iussit. Utque  
hoc factū est, sol refulgit, qui prius erat in nubilo  
nē pessi nobis iratus Deus benignitatis suæ radios  
aliquando cobibet, si flagella densat, si nubibus  
rerum aduersarū opprimit, ubi primum boētē  
mili cono illiti, hac aqua aspersi erimus; ubi hic  
vera charitatis ignis, qui in Hieronymo vigat.,  
in nobis emicuerit omnis, hæc cœli turbulentas  
facies, & calamitatum nimbus detonabit, pacata  
omnia diuinæ clementia solem multò clario-  
rem nobis patefacent. Quod si ad hanc Hiero-  
nymi emulationem promouendam, maiorumque  
imitationem extorquendam minus apud vos va-  
lent quæcumque bacchanas dixi, valeat certè ipsius  
Hieronymi auctoritas, valeant eius merita, va-  
leat graviſſima, & incensa illius oratio, qua ijsde  
Divi Pauli verbis, & spiritu unumquemque na-  
strum hoc modo compellat. Quæ & didicistis, &  
acepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agi-  
te, & Deus pacis erit vobiscum. Amen.

DE



DE VITA  
**HIERONYMI**  
ÆMILIANI  
Congregationis Somascha  
Fundatoris.

LIBER PRIMVS.

*Patria, natales, ortus.*

*Cap. I.*

**V**ENETORVM Respublica quām singulari hominum prudentia, sapientique legum moderatione fuerit initio donis forisque diuinitus constituta, & tot saeculorum diuturnitate diuino plane beneficio administrata, vel ex eo intelligere licet; quod vna, eademq; Reipublicæ ratio moderata, & concors, nullis seditionibus, nullo intestino diuexata malo; magno non virtutis, & prudentiæ solùm, sed & cœlestis præsidij diuinæque opis argumento, annos super mille opibus, & império florentissima perdura.

A

uit,

## 2 De Vita Hieronymi Aemiliani

uit: atquē eò plāne mirabiliūs, quōd aduersis  
& calamitosis Italiæ temporibus paruis initijs,  
hoc est, profugis hominibus exorta, qui seruitu-  
tem auersātes, fortunis omnibus abiectis, ē cō-  
tinenti se se in vndas æstuusque coniecerūt, mo-  
do vnam secum libertatem extollerent; breui-  
tamen ad eam iūperij magnitudinem, quam  
modō nō sine admiratione suscipimus, perue-  
nūt. Imperij fēdes & caput, est ipsa Venetiarum  
Ciuitas, florentissimum totius Italiæ lumen, &  
Emporium longè opulentissimum; hæc inter il-  
lustriores Europæ Ciuitates, ob egregiam situs,  
naturæque speciem, & eximiam artis industriā,  
facile princeps. Adeò enim spectando theatro,  
& speciosa naturæ ostentatione vrbs vndiq; to-  
ta se prodit, vt neque locum ad opportunitatē  
omnem aptiorem, neq; ad aspectum iucundio-  
rem facile queas inuenire; quādō in eo situ ef-  
fingendo, formādaq; Ciuitate, natura ipsa, qua-  
si cum arte suscepto certamine, ad loci digni-  
tatem, & venustatem augendam, vires contendi-  
sile videatur. Etenim magno quā natnræ, quā  
artis miraculo nilos euriposque introrsum ad-  
mittit complures; quorum intercursantium an-  
fractibus, vagisque mæandris interluitur, & iu-  
cūdo prospectu discinditur vniuersa. Nili duo,  
perpetuo tractu Vrbem totam percurrunt, ab  
ijs transuersa euripi minores, & minores publi-  
ca, & priuata ædificia, vicosque ferè omnes si-  
nuofis meatibus intersecant, & distinguunt, &  
vago, multiplicique flexu maiori evectionis, &  
subvectionis commodo in æstuaria, mareque  
ipsum

ipsum remeāt: latè marginatis vtrinque, vel altera ex parte semitis, & ad terrestre iter adstrutis, vt pedibus, & cymba pleriq; vici simul adiri possint; lapidei pōtes egregiē facti supra mille recēsentur; ad homines verò modica etiā mercede quacunque transmittendos, cymbæ tum certis traiectibus dispositæ, tūm tota Vrbe vagæ, & dispersæ, frequentissimæ occurrūt. Publica ædificia, necnō priuata permulta operis elegantia, & inusitatæ molis magnificentia, communi admiratione maiora; Aduenarum, & mercatorum eò commeantium numero longè maximo refertissima. Ciuitas trecentorum habitatorum millibus frequentari dicitur; vt superrante multitudine, etiam ipsa aqua constrata nauigijs incolatur. Eiusmodi denique Ciuitas est, vt ex illius aspectu, quasi Imperij facie, orisq; dignitate, reliquam augustissimi corporis maiestatem facile coniicias. Inter cætera autem sapientissimæ Ciuitatis decreta hoc vnum in primis illis solemne est, vt Republicæ administrandæ certis familijs, ab Vrbis vsque initio, veteri nobilitate clarissimis potestatem faciat, prætereà nemini. Eæ claræ, nobilesque habentur; reliqui (hoc illi ordini peculiare nomē est) Ciues nuncupātur: quorū etsi peraplæ sunt fortunæ, genusq; familiæ per honestū; nullam tamē Ciuitatis procurationem attingunt; nisi forte, aut apud Magistratus domi, aut apud Oratores ad Principes foris officio, quod est à secretis honestentur. E priscis autem, nobilioribusq; familijs Æmiliana, & Maurocena maximè com-

#### 4 De Vita Hieronymi Aemiliani

mendantur; è quibus paternum, maternumque genus traxit Hieronymus, cuius modò vitam scribere ordinur. Vtiusque familiæ decora non multis recensebo; cū nouerim nec humano nec diuino iudicio his rebus hominis dignitatem expendi. Apud sapientes enim non multū refert, quali genere ortus sis, sed quāta fide pietatem colas; neq; quot gentilitia maiorum insignia numeres, sed quorum vestigia prosequare; apud Deum verò nullum habet locum humani generis claritas, sed virtutis diuinæ præstantia. Verū nec eadem surda omnino aure præterib; cum ad eximiam probitatis, & sanctitatis laudem per magni referre oīnes existimant, hominem nobilem domi, militiæque illustrem maiorum gloria despecta, familiæ insignibus, titulis, & honoribus abiectis; spirituali militiæ ac euāgelicæ paupertati se se addixisse. Ut autem à Romanis usque Aemilianæ stirpis originem non accersam, à quibus ea gens cum pari nobilitate familijs Mārcella, Cornelia, Valeria, Quirina, Pisona, alijsque ad Venetos commigravit (quarū postrema vitio multitudinis, nomine corrupto, Pisana dicitur, quod & Aemiliane accidit, quæ Miana patrio usu appellatur) illud in primis constat Hieronymum paterna, & materna stirpe, his maioribus natū, qui pari cū prisca nobilitate, pietate etiam, & religione in Deum commendentur. Decimo septimo enim supra nongentesimum salutis nostræ annum illustre Dini Thomæ Apostoli fanum Venetijs ab Aemilianis, priuatis sumptibus, extructum: vix

alte-

altero interiecto anno, ea, quæ modo Sancti Angeli est, Diuo Mauro gentis patrono, à Maurocenis est ædificata. Plures verò Æmilianorum sago, togaque illustres, vetusta monumenta referunt. Inter quos Io: Æmilianus, euersa Tenedo, Corcyra in Venetorum potestatem redacta, Nauplia dira obsidione soluta, militaris gloria laude maximè claruit; & Ioannes alter, qui in extremo illo, Reipublicæ discrimine ad Fosfam Clodium cum Ianuensibus, & Carrario Patauino Tyranno res Venetas penè acciñas, pari Venetorum Ducum in eo bello, tūm virtute, tūm ardore strenuè dimicando tutauit, & propè labentem Rempub. sustinuit. Duo item Marci Diui Marci Procuratores insigni ciuilis prudenter gloria floruerunt; quorum alter apud Turcarum Imperatorem Reipub. Interpres in ipsa grauissimaru rerum tractatione, alter difficili Reipub. tempore in Præfectura Cydoniæ si obiuit. Petrum verò Æmilianum Pontificem Vicentinum, & vitæ probitas sacro Antistitiae digna, & doctissima, quæ de sacris litteris ingenij monumenta reliquit, satis cōsequentis posteritatis memoriae commendant; ut alios eiusdem notæ veræ nobilitatis fulgore conspicuos plurimos omittamus. Quod verò ad Maurocenæ parentis maiores attinet, longum, & extra rem esset eos referre, quos aut ciuilis, aut sacra purpura, aut militaris disciplina insignes reddidit: præter quos tres etiam Serenissimi Reipub. Principes, Dominicus, Marinus, & Michael ex eadem familia recensentur; quam tandem

## 6 De vita Hieronymi Aemiliani

Thomasinæ lectissimæ fœminæ virtus ad supremum honoris culmen euexit; quæ anno ducentesimo octogesimo septimo supra millesimum Stephano Pannoniæ Regi fortissimo sacro matrimonij vinculo copulata, & ex eo Regni successore Andream relicto, prima Regale decus in Maurocenam familiā inuexit. His ergò maioribus felicissimo satu editus, Angelum Æmilianum Senatorem amplissimum, & Eleonoram (Dionoram vulgò vocant) prudentissimam fœminam parentes agnoscit Hieronymus noster. Dignus vtique truncus, vnde eximius hic effloresceret surculus, quem editis iam Luca, Carolo, & Marco Antonio, postremo loco suscep- rūt, anno ab ortu salutari Saluatoris nostri, millesimo quadringentesimo octogesimo primo, cùm sacris Romæ præcesset anno iam decimo Sixtus Quartus, & Venetorum Imperio Ioannes Mocenicus anno quinto. Qui verò natalis ei fuerit dies, nihil certi produnt auctores. Ad salutares aquas, & expiatrices lymphas eius Pareciæ, qua paterni lares censembarunt, delatus, & primigenia labe expurgatus, è vitali fonte, parentum iussu, Hieronymus dictus est, diuino planè nutu, nè nomen, quod futuram sanctitatem redoleret, tanto natalium splendori deesse videretur. Adhuc Infantem tantò impensiùs Domino commendarunt parentes, quanto maior in minores filios eorum amor, & indulgentia esse solet: neque incassum fusæ præces; nam sanctitatem augurali nomine indicatam factis aliquando æmulatus, multò sua,

quam

quām majorum laude factus, illustrior, antiqua  
familia insignia nouis virtutum ornamentis  
reddidit illustriora.

*Ingenium, puerilis educatio, litterarum  
studia. Cap. II.*

**E**xactis infantia puerilis incunabulis, quæ  
prima latetis naturæ prodiere indicia egræ  
giam, & præclaram ad omnaem virtutem indo-  
lēm declararunt. Inerat illi oris, & aspectus ele-  
gantia, festinitas, & lepos in loquendo non ta-  
men omnino puerilis, & mollis, sed nescio quid  
spirans auitæ dignitatis; elucebat iam tum in-  
genium illud acre, atque docile in quamcunq;  
partem trahere velles; nec non animi celeres  
motus, sed ingenui; qui si ad virtutem ab op-  
timō præceptore incitarentur, facerent in omni  
genere studiorum fructus uberrimos: deniq;  
in summis ornamētis fortunæ prima ingenui-  
tatis ornamēta nō desiderabantur. E prima lu-  
ce reliquum diem facile coniectasse. Neq; verò  
Parentes tam excellentem in puerō indolē cu-  
ra, & studio destitutam voluerunt: sed Matris  
religiosissimæ fœminæ diligentia tenellus ad-  
huc animus Christiana religione, fidei nostræ  
misterijs, & summis ejusdem capitibus est im-  
butus, atque ad omnem pietatem informatus;  
vt sacrificijs quotidie interesse, bis in die sta-  
ras preces fundere, sacras ædes crebrò inuisere,  
Sacerdotes, sacrasque imagines maximè vene-

## 8 De Vita Hieronymi Aemiliani

rari , ijsdemque Sanctorum imagunculis dele-  
tari , & capi , firmo vsu assueuerit . Non omnino  
sterili solo commissa tam egregia pietatis sata;  
quæ , licet densis vitiorum vepribus , & dumis  
aliquando obducta , radicibus tamen hac pri-  
ma ætate iactis , vberes tandem solidæ virtutis  
fructus attulere . Cum primùm per ætatem liduit ,  
idoneis preceptoribus adhibitis , ingenij facili-  
tate , & primo illo discendi ardore , eos breue in  
studijs progressus fecit ; vt æqualibus suis doc-  
litatis , atque industriae laude antecelleret . Ad  
decimumquintum annum ferè in litteris fuit .  
Tum (vt est ea ætas eque laboris impatiens , ac  
libertatis appetens ) nouis illorum temporum  
belli motibus à primo studiorum ardore tan-  
tisper auocatus , breui aliò cogitationes & ani-  
mi studia penitus conuertit , factoque cum mu-  
fis repudio , armis & militia se oblectare coepit ;  
affinibus id indignè ferentibus , & Matre quām  
maximè reclamāte ; sed mente ille in armis ob-  
firmata , suos tandem peruicit monitores ; pessi-  
ma , vt tunc quidem videbatur , victoria , sed quæ  
tandem , diuina prouidentia , victorem ipsum  
salubriter aliquādō vinceret . Cum electis enim  
omnia proficiant in bonū ; ita occulto Dei nu-  
mine , cœlestiq; instinctu accidisse minimè du-  
bitadum : vt antequā spirituale contrà spirita-  
les nequitias bellum susciperet , hostium visibi-  
lium pugnis , & victorijs exerceceretur , indeque  
primo æternæ salutis existeret initū , vnde dan-  
nationis sempiternæ certissimum imminebat  
exitium . Sed quæ prima fuerint eius militiae ru-  
dimen-

dimenta, accuratius est dicendum: nam, qui de Hieronymi rebus gestis antè me scripſerunt, ab eo admodum adolescentे literarum studia magna cum affinium Matrisque molestia, noui belli ardore reiecta consentiunt; qua tamen in expeditione prima ille induerit arma, haud distinctè ab ullo accepimus. Quod enim de Caſtri noui præfectura, vbi diuinitus prima illius conuersionis sunt iacta ſemina, ſubijciunt; non eſt eiusmodi, vt vel in hañc immaturam ætate cadere, vel cum aliqua ſuorum Matrisque mo- leſtia accidere potuerit: quippe trigesimum ferē iam annum natus, ſatis ei muneri maturus, & aliquot annis ipſi Matri ſuperstes, eam præfecturam obiuuit; quæ certa historiarum luce, præente, in dubium vocari nullo modo poſſunt. Quibus igitur alijs primūm motibus ad arma fit excitatus, tradendum eſt.

*Quando primūm ad arma transierit.*

*Cap. III.*

**Q**uoniam verò in obscuris, ac difficultibus rebus, & vetuſtate penè obrutis, benè etiam dubitaffe non poſtrema laus: licet nobis in re perantiqua, & à ſcriptoribus parùm dilucidè explicata, quaſi diuinando coniectare; ea tamen lege, ut maxime veritati affinis, noſtra videatur coniectura. Quod non erit, opinor, difficile oſtendere, cùm haec vna apud Venetos bellī occasio, quām modō ſubtexam, in hanc Hieronymi statem inciderit, quæ illum à ſu- dijs

10 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
dijs auocatum facile ad arma traxit. Cuius  
grauissimi belli initia paucis omnino repeten-  
da sunt. **Carolus Octauus Galliarum Rex**, ex-  
peditione in Aragonios Neapolitanos Reges  
suscepta, ingenti cum exercitu in Italiam trāf-  
misit, nulloque ex Principibus nostris prohibē-  
te, paucis diebus Italia ferè omni pacatissimè  
emensa, nullo belli discrimine, nulla aduersæ  
fortunæ alea obiecta, Aragonijs Neapolitano  
Regno pulsis, eius Provinciæ Imperium paucis  
mensibus occupauit. Cuius victoriæ fastu Rex  
iuuenis mirificè elatus, ipsaque natura, gloriæ  
studio, & vasta Imperij propagandi cupidita-  
te vehementissimè incensus, reliquam fermè  
Italiani animo sibi destinare videbatur; cum  
reliqui Principes non ignari, quam pernicio-  
sum vniuersæ Italiae bellum intestinum atque  
domesticum, ab exteris illa tum, & tanta vi-  
ctoria confirmatum, futurum esset; rebusque suis,  
tām facile Aragoniorum opibus excisis, ab in-  
solente Victore nemo non certam impendere  
cladem timeret; vt Carolo noua, & libertati  
Italiae maximè perniciosa molienti, se se obij-  
ciant, vniuersi, decernunt: Gallorum amicis  
atque, ac inimicis maximè verentibus, ne ni-  
mium auctæ victoris potentiae, vniuersa tandem  
cederent. His enim, vt ab inimico victore certa  
pernicies; ita illis ab amico non certa salus ex-  
pectanda videbatur. Adeò hominum vesana  
dominandi libidine rarum, & insolens in sum-  
ma victoria summæ moderationis exemplum.  
Igitur Veneti Italiae dignitati studentes, cum  
cam

eam periculo vacuam, & armorum terrore liberam cuperent, in communem fœderis societatem alios conuocarunt; initumq; fœdus est anno MCCCCVC. cum decem iam annos Ducariam dignitatem in Venetos exercebat Augustinus Barbadicus. Fœderis iuramento conuenere cū Venetis Summus Pontifex Alexander Sextus, Maximilianus Cæsar, Hispaniarum Rex Ferdinandus, & ipse Ludouicus Sfortia, Carolo belli auctor, & suasor, Regulique Estensis, & Gonzaga. Eo verò nomine fœdus euulgatum est, vt pace inter socios seruata, communibus armis bellorum incendia ab Italia arcerentur, eiusq; libertas, & Summi Pontificis auctoritas, & Maiestas seruaretur; socij, cuiusq; ditionem tuerentur, & quod magis citra Caroli iniuriam hæc facta viderentur, nec ipsi negatus infedere locus, si socijs amicus, hostili ferro ab eorum finibus abstinuisse. Verum ille accepto de fœdere nuncio, quid tandem consilij subeslet probè intelligens, fœderatis vehementer iratus, extremam illorum rebus perniciem illatus mox Neapolitano Regno discessit. Quo nuntio cum rebus suis à Gallo excidiū imminere haud dubiè omnes intelligerent, vt tantum, ac tam propinquū periculum, & tam cōmune ex fœderis lege mutuis propulsarent auxilijs celerrimè quisq; inunctum sibi militem describere maturat: idq; Veneto Senatu, cuius amplissimum erat in Italia Imperium, studiosissimè curante, lectissima nobisum virorum manus, ad publicam rem tutandam, infœderatorum castra cōfluxit, in quibus

1493

bus Hieronymum fuisse , si hac ille ætate (quod produnt auctores ) in armis fuit , mihi persuasum est . Quod Matri non accidere non molestissimè potuit; nàm paulò antè Angelo coniuge carissimo , satis integra ætate , in ipso magno rum honorū cursu , nō immaturo magis , quām acerbo funere ex humanis prærepto , filiū hunc natu minimum , Patrem inter cæteros referente , veluti ynicum præsentis orbitatis relictum solatium , in ea viduitate thori , ea ætate ab se lōgiùs abesse periniquo animo ferebat ; tūm verò libera illa militum viuendi licentia nōdum satis firmatos iuuenum mores labefactari , castitatem haud dubiè quati , conceptos pietatis igniculos cōsopiri sciebat , excitatis silicet amatorij , & turpioribus domi sub pudoris cineribus delitescentibus . Ad hæc varios casus , & pericula , quæ militem adire necesse est , incertos , & aduersos plerumque belli enētus Hieronymo vehementer extimescebat ; in quo uno eximium familie decus , & magnarū rerum laudem ingēti spe collocarat . Quare cum illam , & amor , & spes , & metus , & quæ maternos animos mirificè torquet , diuturnior absentia solicitā habet ; nihil intentatū relinquere , amicos adhibere , interponere affines , nullum lapidē non mouere quò filium à suscepta animi sententia deterreret : sed ille vel militaribus amicorum vocibus , vel insita illa animi magnitudine , alacritate naturæ ad ardua , & eximia quæq; extimulante , vel quod ad familiæ decus , & honores in Repub. sibi parandos , armorū studia literarijs

præ-

præstare existimaret; nullis vel precibus, vel difficultatibus expugnatus, iugo maternæ seruitutis excusso, iugum præiae libertatis, ac militaris licentiæ subdita ceruice latus excepit: adhuc ignarus summum esse seruitutis genus, iuuentutis licentiam. Quinto igitur, & decimo ætatis anno, militari Sacramento est additus; qua est ætate Sanctus Martinus prima militiæ stipendia fecisse dicitur. Summa verò totius belli tandem hæc fuit. Gallo Venetos lacestante, annuitibus Melchiore Triuisano, & Luca Pisone Legatis, pugnatum est in agro Parmensi ad Tari fluminis ripâ adeò felici marte; ut viatore exercitu fugato, opulentissimaq; tantè victorię preda direpta, parum absuerit, quin à Veneto Senatu Italia leges acciperet. Atque hæc quasi diuinantes in tāta rerum obscuritate: ne rem incertam pro certa prodere videamus. Sed reliqua, quæ clariora, & magis distincta accepimus prosequamur.

### *De primati adolescentia mores.*

#### *Cap. IV.*

**I**N primis autem certum est ab ea ætate Hieronymum ita militari studio delectatum, ut nihil cū voluptate præter arma tractaret: quibus ille se totum ætatemque omnem propterea magnō laude atdore deuouerat, quod maxima interdum terra, marique bellis Reipub. imminere cùm didicisset: permagni ad nominis immortalia tempx. & ad posterum familie decuse referre

141 *De vita Hieronymi Aemiliani*

referre intelligebat, si vel externis bellis Rem-pub. vexatam propugnare, vel imperij fines ar-mis longius proferre sibi contigisset. Sed nobi-lem illam, & Matris post eā non adeò ingratam armorum tractationem infeci militiz mores, quibus illud hominum genus foedari solet, co-mitabantur. Nam secutus castra cōtraxerat in-de solita vitia, & labes: militares verò, & feroce-s adeò spiritus hauserat, vt idētidem audax ani-mus, & esserum illud ingenium sese proderent, quippe leuissimis etiam de rebus vehementer excandescens ità animi furore abripiebatur, vt iam penè ferrinon posset. Quod impotentis iræ vitiū ità paulatim in naturam abiit, vt ope-rofius postea ab vno iræ motu, quam ceteris vi-tijs animo expurgādo laborarit; iracundia ve-rò sedata, nihil illo mitius, nihil humanius. An-tiquior illi militiæ gloria, quam aut literarum, aut etiam christianæ pietatis, laus erat. Inserē-dis amicijs, aut in conciliatis, & firmatis inu-tuis deinde benevolentiæ officijs excolendis studiosissimus. Ex quo factum, vt æqualibus esset vnicè carus, eiusque consuetudine, & ami-citia delectarentur vniuersi; quibus tamen ille, & depravato naturæ sensu impellente, & iu-uenilis ætatis impetu concitante, non tam in amicitia socium, quam in patrando scelere du-cem diligentissimum se præbebat; siquidē ama-toriæ vesaniæ, & voluptatum illecebris delini-tus, naturæque blandimentis sopitus, cupidita-tibus omnibus facile obtemperabat; in quibus ætatis florem, cum magno danno, tūm perni-ciōso

cioso ſodalibus ad imitādum exemplo, misere consumpsit. Sensit tūm eius Mater prudentiſſima fēmina ſe haud dubiam coniectricem de illius moribus, & vatem extitifle, cūm primū militaribus eius ſtudijs refragari cēpit. Hāc Hieronymum ſēpē ad ſe vocatū maternis adhortationib⁹, ſaluberrimis consilijs, & precibus ad ſaniora reuocare consilia, grauiter obiurgare, reprehendere, impietatem, & audaciam iuuenilem detestari, vt dignum ſuis natalib⁹ induat ingenium, obteſtari. Sed in caſſum fuſe, vel cum lachrymis preces. His ſeuiores accedebant fratrū obiurgationes, quibus ſepiſſimē ab illis tentatum, ſi forte eius animū tam obfirmatū, & tam durum in ſcelere aliqua ratione mollire poſſent. Verūm ille frēnum momoraderat, qui obiurgationib⁹, non quaſi inieco frēno coercri, ſed veluti acutis ſtimulis ad peiora impelli videbatur; quam eſſe improborum naturam Spiritus sancti voce commonemur. Sed itā cēleſti nutu permifſum quō diuinæ gratiæ viſ, roburque ſplendidiū eluceret; quaē inueteratas in ſcelere volūtates, & diū obfirmatos in malum mores repente commutat, eque impenſe improbis egregiè Santos efficit. Cæterum, etſi ea mililitari licetia, laxatis vitiorum omniū habenis, in extremam prorsus aniſi perniciem, nullo penitus prohibente, tuere videretur; quandoque tamen fluxos ſtatū mores, & periculofam iuuētutis libertatem humana quaēdam iura mirificē moderabantur. Cūm enim magistratus in Repub. nō tam nobilitati,

quam

16 De Vita Hieronymi Aemiliani

quam virtuti, & morū integritati deferri inteligeret; maximè verebatur, nè suis flagitijs apud Senatores lāsa de moribus opinio impediret, quò minus propositas nobilibus viris dignates asperqueretur. Itaqnè ardens illa honorum sitis, & ad magnos in Repub. progressus flagrantissima cupiditas, quæ eius animum vehementer accenderat, nonnunquam à sceleribus auctoratum, ad frugem, & libero homine dignam vivendi consuetudinem reuocabat. Adeò misera, vel cæca hominum ingenia, potiora diuinis humana iura ducunt; & facilius terrenæ ambitionis gloria, quam christianæ pietatis disciplina reguntur.

*Iterum difficillimo Reipub. tempore ad arma reuocatur. Cap. V.*

**P**AUCIS omnino annis ab ea tempestate sedata turbulentior alia procælla exorta est, & nescio quo infelici aduersoq; Republicæ astro nouo rursus belli turbine Venetorum res involvuntur. Rem multorum celebratam literis placet hic, nec longa, nec à decursu narrationis aliena egressione, ab ipso principio repetere. Maximilianus Cæsar, nobilibus aliquot oppidis Germanicæ ditionis ad Carnorum iuga, Luiani Venetoru Ducis opera spoliatus, nec dissimili exitu ad Tridentinas fauces bello vexatus: Venetis vehementer infensus, eorū Imperio excidium animo concipere, reque ipsa moliri cepit. Verum non temere putavit tantum bel-

lum

lum aduersus Rempub. copijs, atque opibus,  
 terra marique insuperabilem comparandum;  
 nisi communi omnium Europæ Principum cō-  
 sensu & viribus, arma in Venetos expediretur;  
 quos ille vniuersos certa coniectura facillimè  
 sibi assensuros nō dubitabat; fuitq; votis euen-  
 tus. Qui eniin tum sacris præterat Iulius Se-  
 cundus, infenso in Venetos animo, prouinciam  
 minimè detrectauit, quòd primariæ Vrbes Ari-  
 minium, Fauentia, & Rauenna Pontificiæ ditio-  
 ni creptæ, & sèpius repetitæ, minimè redderen-  
 tur. Ludouicus Gallorum Rex Cremonam, &  
 Brixiam, aliasque Vrbes Mediolanensi Imper-  
 rie detractas vehementer dolebat. Hispaniarum  
 Rex Ferdinaudus mintis tutam & integrâ  
 Neapolitani Regni possessionem putabat; cum  
 maritimæ Apulorum Vrbes Tranium, Mono-  
 polis, Brundusium, Hydruntus, Barleta, Sipon-  
 tum non ità pridem ab Aragonijs oppignora-  
 tæ Venetorum præsidio, & Imperio tenerentur.  
 Ferrarensis verò Dux Rhodigio, Mantuanus  
 Asulo in Cenomanis, & Pischeriæ inhiabant;  
 nec ullus ferè Principum erat, qui non aliquam  
 Veneti Imperij partem ad suam pertinere di-  
 tionem, quoquo tandem iure, non assereret.  
 Quare vniuersi euocantur, tanquam ad sole-  
 ne sacri belli ediçū, totius Europæ Principes;  
 eisque indictus apud Cameracum Morinorum  
 in Belgis conuentus; vbi ad diem statutā illorū  
 Oratores frequentes adfuerere. Totius delibe-  
 rationis summa fuit, vt omnes uno belli fēdere  
 sociati, communibus copijs, & viribus bellum

18 *De vita Hieronymi Aemiliani*  
in Venetos susciperent; & quod magni fuit,  
tanta religione, silentij sacramentum ab omnibus obseruatum, ut eius belli calamitas, priusquam suspicio, ad Venetos peruenierit. Annus octauus suprà millesimum, & quingintesimum  
à die Christo natali numerabatur, cum belli cōfilia clanculum agitari, & tantum incendium  
excitari cœptum est; cuius deinde flamma anno quingentesimo nono, quarto idus Decēbris  
erupit. Tantò autem formidolosius bellum ex ortum est; quantò fuerūt principia occultiora.  
Non est credibile, quanto animi ardore, quam acerbis odijs, quanta credulitate sit vtrinque  
pugnatum. Senatus de tām graui Principum  
omniuin expeditione accepto nūcio, in summa  
rerum perturbatione & discrimine, neq; metu  
superatus, neque dolore victus veterem constā-  
tiā retinuit; fortique ac præsenti animo ius  
suum bello persequi, & laborati Reipub. trepi-  
disq; rebus subuenire aggreditur: terra mariq;  
quanta celeritate fieri potuit, militem cōscri-  
bere, copias expedire, imperij fines munire.  
Cum vero ab omnibus acriter impeterentur,  
cum maximè ab uno Cēsare extrema calamitas  
imminere videbatur; qui capitali odio in Venetos  
incensus non discessurus ab armis videba-  
tur, priusquam Venetorum Imperium dedisset  
excidio; tantam quippē bellatorum manū con-  
traxerat, ut militū copia reliquos omnes fœde-  
ratos solis penè superaret, centum enim arma-  
torū nullia sub signis habuisse fertur: quo exer-  
citū in eam Fori Iulij partem primo impetu  
inua-

inuaserat, quā partem tutari maximē Reipub. intererat. Itaque missis in eam rem ducibus, cum exercitu; Hieronymus Castro Nouo cum tribus militum centurijs Prætor decernitur. Arcis Præfectus erat Andreas Rimundius. Eo profectus iūnigre omnia præstítit, Hieronymus, quæ Ducem optimum decent, locum omnem diligenter perlustrare, minus tutas partes confirmare, repurgatam fossam, ruderibusque euctis altius deprimere, tormenta muralia pro mēnibus aptè disponere, suas præfidijs stationes assignare, nihil omittere, quo inimico aduentanti sese opponeret, quem iam iam immovere locis superioribus deuictis, audiebat: nec longa expectatione fatigatus est; siquidem hoc tanti robur exercitus Bassiano, & Acelo in Euganeis direptis, alijsq; locis incendijs, cædibus, & populatione vastatis, tandem agrum Taruifinum insedit, & per uigilio Sancti Augustini sexto Calen. Septembribus quingintesimo vndecimo anno, ad Castrum Nouum tanta belli molestia deflexit. Locus est ad ripam Plavis fluminis in regione cui nomen est Querium, in Alpibus supra Taruifinos fines, leni iugo editus, artis, & naturæ præsidio valde munitus; quem locum Cæsariani, quod suis conatibus valde officere viderent, omnino aggrediendum, & expugnandum sibi esse statuerunt.

*Castrum Nouum acri oppugnatione Cæsariani inuadunt. Cap. VI.*

**D**estabat Cæsaris cœpias Palissia magni  
uominis Dux. Is, copijs eductis, se in con-  
spectum Castris dat, tantamque multitudinem  
oppidanis loco idoneo conspiciendā ostentat,  
ratus forte obfessos viso hostium numero trepi-  
dos, metuque percusso, deditio facturos.  
Et nisi per Hieronymum stetisset, respondebat  
votis euentus. Adiunt celeres Legati Hierony-  
mum admonentes, ut Castro excedat, extrema  
minantes, si deditio, aut recusetur, aut differa-  
tur. Breue responsum ad ea fuit Hieronymi: de-  
uotum caput haberē libertati Patriæ; atque  
adeò sibi statutum vita potius quam loco ce-  
dere; experiretur ubi veller Imperator Vene-  
ram fortitudinem pectus telis quantumlibet  
petens, abeuntis terga non visurus. Irarum, &  
diræ feritatis incitamentum Palissiæ ea respon-  
sio fuit, qui rem armis bellicisque machinis ex  
templo agere statuit; murosq; oppidi tormen-  
tis æneis dinuberare cœpit. Quæ in mœnia pri-  
mum tum saxeæ, tum ferrea machinis bellicis  
impellebantur missilia, parùm nocere; si quæ  
verò intrâ mœnia accidebant, deiectis ædificijs,  
magnam stragem edebant. Sed longa tandem  
eiaculatione, & continuata plures dies murorū  
verberatione, e maioribus tormentis ingentis  
magnitudinis explosæ ferreæ pilæ, omni regio-  
ne horribili sonitu latissimè personata, ita Op-  
pidi

pidi mœnia quassarunt; vt solutis iuncturis pluribus in locis, maxima muri pars corruerit, hostiique irruenti aditus patefecerit. Quare, tormentorum oppugnatione intermissa, diripiendi Oppidi signum milites expectabant; Veneti tam horrenda murorum vastatione animo consternati, salutem desperare cœperant. Andreas Rimundius Arcis Præfctus, cùm oppugnatio- nē amplius sustinere se posse planè diffideret, idque palam dictaret, tandem pleno sceleris atque perfidiæ cōsilio, nocte intempesta ex Arce, & è Castro clā dilapsus, fuga fœdissima sibi consuluit. Ea res propterea grauissimè offendit Hieronymum, quod militum animos timore debilitauit, ac fregit, & oppidanos in eam rerum desperationem coniecit; vt de ditione palam ageret, nihilq; proprius erat, quād ut ad colloquium hostes vocarentur. Ea re intellecta, Hieronymus vehementissimè vniuersos pro cō- cione obiurgauit; quò tandem vesaniz deuenerint, vt leuissimi transfigaz, & hominis perfidiæ scelere contaminati exemplo mouerentur: probè intelligerent non modo quidquam turpius ea ditione illis accidere posse, quaz insig- ni dedecoris infamia notatos deformabit; sed etiam, quod perfidi hominis facto perimoti, ad ista cōsilia deflexerint, nōn leuem turpitudinis notam contraxisse; proinde non desponderent animos, tam nefaria consilia abijcerent, digni Venetò nomine induerent ingenium; sibi quidem esse, & gloriaz famam, & Patriaz defensionē, quauis omnino vita potiorem, sequerentur er-

22 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
go optimi Ciues , & fortissimi milites amantis-  
sum Patrem,& Ducem. Hæc aliaque permul-  
ta militari plane vultu , atque incredibili animi  
ardore locutus ita vniuersos confirmauit ; vt  
deposito metu,nihil præter pugnam exoptaret,  
in qua ad extremum usq; spiritum Oppidum se  
defensuros pollicebantur . Et dictis responde-  
re facta . Nam diripiendi Oppidi dato signo ,  
per muri ruinas facto impetu, intra mœnia non  
vno in loco per vim conantur irrumpere Ger-  
mani. Sed, Hieronyno Duce fortiter ex aduer-  
so Venetis pugnantibus, primi Germanorū im-  
petus magna suorum clade sunt reieci . Tum  
Hieronymus diurnis, nocturnisq; operibus quā  
murum instaurare, qua apertis locis nouas mu-  
nitiones obijcere, per milites,& oppidanos ter-  
ram comportare, aggerem construere, quaqua  
tandem ratione posset, aditum obstruere . Nec  
irritus omnino labor, qui enim locus anteā ho-  
stibus is videbatur, vt leui tormentorum displo-  
sione , & vno aut altero militum impetu facile  
obtineri posset ; Hieronymi virtute factum est  
vt penè insuperabilis appareret, vel nō nisi ma-  
xima hostiū clade posset expugnari . Iam enim  
tertiò Oppidum aggressi magna seniper suorū  
exde,& ignominia,aditu erant prohibiti . Sup-  
pudebat iam Palissiam tamen exiguo hostium nu-  
mero setandiū distineri , quando maiores ad-  
mouere copias , & delectum tanti exercitus flo-  
rem in paucos expedire statuit . Itaque dato  
pugnæ signo, acrior , quam vñquā anteā oppu-  
gnatio instituitur : lectissimos milites , & totius  
exer-

exercitus robora primò immittit, qui aditum in  
Castrum strenuè pertentent. Hos auxiliares co-  
pias, quæ fessis subsidio sint, subsequi mandat;  
ut nulla nostris, vel murum reficièdi, vel à præ-  
lio celiandi data quiete, certior esset victoriæ  
spes, cum integri séper fessos adorirentur. Emi-  
lianus etsi tantam belli molem in se vnum, &  
admodum paucos milites, eosque laboribus  
fractos incumberet; & multis partibus vno tem-  
pore cum frequenti, & integro hoste dimican-  
dum animaduerteret; tamen, quod vix credi-  
bile videatur, animo stetit, ac viribus milites  
egregiè cohortatus, peritè disposuit. In prima  
acie ille constitit, periculoso rem sibi stationem  
Prouinciamq; depositit: exemplo, & virtute Du-  
cis reliqui, ita animo confirmati sunt, ut exerci-  
tus impetum excipere, diuq; acerrimè pugnan-  
do sustinere, & Oppido arcere non dubitarint.  
Sed longam, & semper ardentiorem oppugna-  
tionem diutius ferre non potuerunt iij, quos,  
præter certaminis labores, & vulnera, diuturnæ  
pariter, & nocturnæ vigiliæ conficiebant; quip-  
pè propter paucitatem assiduis penè stationi-  
bus dispositi circa mœnia, dies noctesq; in ar-  
mis traducere cogebantur. Quæ damna hostis  
in magna militum copia facile farciebat; cum  
deserta stationum loca alij subinde, aliquæ re-  
plerent. Nouis itaq; semper, ac viribus integris  
sibi per vices succendentibus Germanis, tandem  
paucorū virtus, multitudini cessit. Adeò enim  
multis locis perosso dirutoq; pariete, cù Veneti,  
quos præter cæteras, ut dixi, belli difficulta-

24. *De vita Hieronymi Atmiliani*

tes; ipsa semper magis paucitas fatigabat, admodum infrequentes, & iij perpetuo labore, & vulneribus confecti apparerent, liberoq; introitu irruerent alij post alios Germani, vis ac numerus sustineri vlt̄ra non potuit; Itaque totis comixi viribus, & multis partibus simul irruptione facta, Castro tandem, sed haud incruenta victoria, sunt potiti.

*Castro Nouo direpto, Hieronymus carceri addicitur. Cap. VII.*

**I**N tām diffīcili, & cruenta oppugnatione eximia certē, & singularis tūm militum, tūm opipidanorum virtus enituit; licet penē omnes tandem, aut tormentorum fœda laceratione discepti misere interierint, aut hostiū copijs circumventi, fortiter pugnando, estremo vitæ periculo multitudini cesserint. E Bellonensibus, qui eō subsidij causa conuolarant, duo minores duces Michael Paganus, & Victor à Cruce magna fortitudinis laude cæsi leguntur. De Rimundi fuga nihil amplius compertum est. Sed Hieronymi virtus militaris, & prudentia in primis admiranda. Is enim, & antē prima signa fortiter dimicando, & idoneis locis disponendo milite, & vbi res postularet, celeriter muniendo, omnia tandem militaria munera impigre obeundo, fortissimi simul bellatoris, & Dux præstantissimi laudem, etiam inimicorum testimonio est consecutus. Verū nec longo quidem intervallo victorum virtus in ea oppugnatione

tione Germanorum immanitatem in Oppidi direptione exequauit. Primum enim Oppidum ingressi, vix credibile est, qualia in auditæ sauitiaz, & barbaræ crudelitatis spectacula exhibuerint, seu militum virtute in resistendo, seu tanta suorum clade in rabiæ acti: nā obtruncatis passim militibus, & oppidanis, promiscua cæde in armatos æquè, atq; inermes, nullo sexus, vel ætatis discrimine, debacchati sunt; in trucidata quoque oppidanorum, & militum corpora sauitum. Itaque breui fœdissima, & confusa omnium ordinum, & ætatum strage, adeò locum deformarunt, ut humano sanguine satiari haud posse viderentur. Cæterum in tam horribili rerum omnium clade, in tanto sanciorum numero, illud miraculo par, vnum Hieronymum, qui inter primos ordines prælium ciebat acerrime, cuius vniuersi ferè iugulum petebant, tanta hostium cæde in oculis omnium edita, viuum, & nullo accepto vulnere, in hostium manus detinisse. Eo capro, sicut pugnæ finis; partam tanto sudore, ac sanguine victoriam inter se gratulantur Germani. Nota virtus Emilianus, probataq; magno cum eorū damno militaris fortitudo prædam reddit illustriorem; quem Palissæ tanquam insigne partæ victoriae trophæum sifunt. Is Hieronymum in teturum ac tenebriosum carcerem in imo turris fundo angustè admodum effossum detрудi, & debitæ supplicijs andacissimi hominis scelus vloisci iubet (sic enim appellabat, quod deditio minime annullisset, quod pars fortitudine, atq; fide, locum esset.

esset ad extreum usque egregie tutatus . Hic  
pane, & frigida tantum alebatur; ferrea vincula  
manus, & pedes constringebant; collum ambie-  
bat in mancipij morem circuus ferreus , è quo  
duorum trium è anulorum catenula cum pila  
marmorea pendebat ; globus tormentarius is  
erat , haud exiguae magnitudinis, additus, sine  
ut nocte quiescentem vexaret , vel fatigaret in-  
terdiu vigilarem; aut si fugam intentasset , cre-  
bro i<sup>u</sup>lo globi tergum , vel pectus diuerberantis  
fugienti cursus retardaretur; & ne qua tandem  
membra quiete fruerentur , ad grauem carceris  
fœtorem, loci angustiam , & tenebras varij ac-  
cedebant corporis cruciatus ; quippe Ducis  
edicto acerbis quotidie supplicijs exquisitè tor-  
quebatur . Multos iam dies carcéris acerbita-  
tem, & Germanorū sauitiameo loco percessus  
nihil præterea, quā ut extrema de suo capite sta-  
tuerentur, Hieronymus expectabat . Sed hominum  
consilia diuina bonitas anteuerert; dum enim  
huius vitae imminens periculum à mortalibus  
extimescit , æternæ vitae ab immortali Deo cer-  
tissima initia recepit ; & qui miseriarum , & ca-  
lamitatum locus plenissimus videbatur : is cæ-  
lesti solatio, & maximorum dolorum leuamen-  
to, non multò post extitit iucundissimus: quan-  
doquidem illi Deus tantis belli laboribus , &  
tam apertis vita periculis, non extremam per-  
niciem corporis , sed salutarem occasionem  
promarendi æternam salutem impendere , singu-  
lari, & inaudito miraculo, consequenti poste-  
ritati proflus admirando declarauit . Singula-  
re

re hoc est diuinæ bonitatis medicamentum , vt  
quos beneficijs ad virtutem allicere nequit , se-  
uerioribus pœnis à scelere auocare contendat .  
Adeò enim diurna peccandi consuetudo ma-  
lorum animis callum impietatis obducit , & sen-  
sus cupiditatibus addictos immanitate quadam  
stuporis offundit , vt nullos diuinæ gratiæ mo-  
tus , nullas internæ vocationis voces auribus ad-  
mittant : nisi irati numinis plagis contusi , atque  
debilitati , medicinam aliquando non asperna-  
ri condiscant . Quod cœlestis prouidentiæ sin-  
gulare beneficium in Hieronymo mirificè per  
id tempus eluxit ; qui diuina benignitate diutiùs  
ad suam perniciem abusus , tenebricoso , &  
squalore obsito carcere , è flagitorum tenebris  
ad honestatis lucem contuendam est excitatus .  
Sed quoniam res est omnium , quæ in illius vita  
acciderunt , commemoratione dignissima , quod  
ex ea tam insignis consecutæ pietatis initia-  
extiterunt , cogit me ratio suscepit munera , vt  
magni euentus seriem fin minus æqua , saltem  
fusa narratione prosequar , vt diuinæ benefi-  
centiæ , vel aliqua ex parte inferuiat scriptoris  
diligentia , vel certè minimum sua negligentia  
detraxisse videatur .

. E carcere insigni Beatissime Virginis  
miraculo liberatur. Cap. VIII.

**E**O in carcere nulla grauior molestia Hiero-  
nymum solicitabat , quam acerbæ , & diræ  
necis , cuius sibi periculum in singula momen-  
ta à

esset ad extreum usque egregie tutatus . Hic  
pane, & frigida tantum alebatur; ferrea vincula  
manus, & pedes constringebant; collum ambi-  
bat in mancipij morem circuus ferreus , è quo  
duorum trium è anulorum catenula cum pila  
marmorea pendebat ; globus tormentarius is  
erat , hand exiguae magnitudinis, additus, sine  
ut nocte quiescentem vexaret , vel fatigaret in-  
terdiu vigilarem; aut si fugam intentasset , cre-  
bro i<sup>c</sup>tu globi tergum , vel pectus diuerberantis  
fugienti cursus retardaretur; & ne qua tandem  
membra quiete fruerentur , ad grauem carceris  
fœtorem, loci angustiam , & tenebras varij ac-  
cedebant corporis cruciatus ; quippe Ducis  
edicto acerbis quotidie supplicijs exquisitè tor-  
quebatur . Multos iam dies carcéris acerbita-  
tem, & Germanorū sauitiam eo loco perpessus  
nihil præterea, quā ut extrema de suo capite sta-  
tuerentur, Hieronymus exspectabat . Sed hominum  
consilia diuina bonitas anteuerit; dum enim  
huius vitæ imminens periculum à mortalibus  
extimescit , æternæ vitæ ab immortali Deo cer-  
tissima initia recepit ; & qui misericordia , & ca-  
lamitatum locus plenissimus videbatur : is cæ-  
lesti solatio, & maximorum dolorum leuamen-  
to, non multò post extitit iucundissimus: quan-  
doquidem illi Deus tantis belli laboribus , &  
tam apertis vitæ periculis, non extremam per-  
niciem corporis , sed salutarem occasionem,  
promærendi æternam salutem impendere , sin-  
gulari, & inaudito miraculo, consequenti poste-  
ritati prorsus admirando declarauit . Singula-

rc

re hoc est diuinæ bonitatis medicamentum , vt  
quos beneficijs ad virtutem alicere nequit , se-  
uerioribus pœnis à scelere auocare contendat .  
Adeò enim diuturna peccandi consuetudo ma-  
lorum animis callum impietatis obducit , & sen-  
sus cupiditatibus addictos immanitate quadam  
stuporis offundit , vt nullos diuinæ gratiæ mo-  
tus , nullas internæ vocationis voces auribus ad-  
mittant : nisi irati numinis plagis contusi , atque  
debilitati , medicinam aliquando non asperna-  
ri condiscant . Quod cœlestis prouidentiæ sin-  
gulare beneficium in Hieronymo mirificè per  
id tempus eluxit ; qui diuina benignitate diutiùs  
ad suam perniciem abusus , tenebricoso , &  
squalore obsito carcere , è flagitorum tenebris  
ad honestatis lucem contuendam est excitatus .  
Sed quoniam res est omnium , quæ in illius vita  
acciderunt , commemoratione dignissima , quod  
ex ea tam insignis consecutæ pietatis initia  
extiterunt , cogit me ratio inscepti munericis , vt  
magni euentus seriem fin minus æqua , saltem  
fusa narratione prosequar , vt diuinæ benefi-  
centiæ , vel aliqua ex parte inseruiat scriptoris  
diligentia , vel certè minimum sua negligentia  
detraxisse videatur .

*E carcere insigni Beatissime Virginis  
miraculo liberatur. Cap. VIII.*

**E**O in carcere nulla grauior molestia Hiero-  
nymum solicitabat , quam acerbæ , & diræ  
necis , cuius sibi periculum in singula momen-  
ta à

ta crudeli ab hoste imminere non dubitabat . Quam cogitationē diū animo versans vchemē-  
ter est commotus , seriq;ccepit , nō tam de cor-  
poris , quām de animæ salute agitare secum fa-  
lubria consilia : & ab omni humana ope desti-  
tutus , vnum sibi in diuinā præsidium reliquum  
esse cogitare , quam tamen , nē implorare con-  
fidenter auderet , faciebant ante actæ vitæ com-  
missa , quæ multa , & grauissimæ menti occurre-  
bant ; quorum conscientia deterritus , ægrè ad-  
modum precibus suis locum futurum apud di-  
uinam clementiam verebatur . Sed illum iam  
satis cruciatibus , carcere , & inedia macera-  
tum , & scelerum conscientia afflictum , respe-  
xit Deus : diuinæ lucis splendore , & suavi gra-  
tiæ cœlestis virtute in eius animum sese libertius  
effundente . Cuius beneficio ità cœpit pecca-  
torum grauitate , ac turpitudine angī ; ut iam  
longè maior contempti numinis , quam præsen-  
tis calamitatis dolor eius animū discruciatet :  
iamq; cœlestem iram in se merito concitatam ,  
diuinamque iustitiam , quam ille suis flagitijs ,  
& effrenata libidine tandem contempserat , &  
cuius imperium sactissimis legibus repudiatis  
etiam detrectasset , iustas suorum scelerum poe-  
nas repetere intelligeret . Quare obortis la-  
chrymis , se merito diuina tutela , & præsidio  
exclusum in supremum capit is , & salutis peri-  
culum adductum inclamabat ; quod cœlestis  
gratiæ beneficētiam semper ingrato animo re-  
iecerit ; quod toties diuina misericordia de sua  
salute , tam varijs modis admonitus , ad pristinæ  
tamēn

tamen scelera magnum in dies singulos impie-  
tatis cumulum addere studuerit . Hæc ille , &  
alia multa ex magno animi dolore , & lachry-  
marum copia cùm mente volutaret; ac penè ad  
extremos desperationis scopulos miserè defer-  
ri videretur ; de repente aura cœlestis numinis  
leniter eius pectus afflāte,in pacatissimum por-  
tum salutis est inuectus. Animum enim eius pe-  
nè destitutum subiit Deiparæ Virginis Taruifi-  
næ memoria,quam Matrem misericordiæ mor-  
talibus datam,vnicum miseriarum solatium, &  
peccatoribus extremè laborantibus certissi-  
mum perfugium à Deo constitutum recorda-  
tur . In huius igitur Beatissimæ Virginis tutela  
salutis suæ præsidia collocanda putat; qua Pa-  
tronæ , & Aduocata si apud Deum vtatur , non  
dubiam sibi scelerum indulgentiam , & æternæ  
salutis auxilium pollicetur . Itaque fusa illicò  
ad Virginem , non tām longo verborum ambi-  
tu , quām interno animi affectu , & lachryma-  
rum imbre grauis , & pia oratio ; nē se mise-  
rum , licet eius clientela , & patrocinio indi-  
gnum , tot circumuallatum calamitatibus , &  
tot presulm malis negligeret; se ē Christianis  
illis peccatoribus vnum esse,cumque insignem ,  
qui bus à Christo Mater misericordiæ , & com-  
mune perfugium data est ; proinde ne abiectis-  
simum famulum, à filio sibi commendatum cle-  
mentissima Cæli Regina , & Dei Mater despi-  
ceret : de salute, atque incolumente animi pro-  
pè desperanti mature subueniret: flagitijs,cri-  
minibusque suis , quæ ille innumerabilia fate-

retur

### 30 De vita Hieronymi Aemiliani

retur, ab irato filio veniam, & pacem posceret: non desereret Patrona clientem, Regina seruum, communis misericordia Parens iacentem in fordibus, & squalore filium. Ad hæc se nudis pedibus eandem sacram Taruifinam ædema inuisurum, ibique certum factorum numerum suo ære curaturum, & voce tabulisque tam insigne beneficium palam testaturum voti religione obstrinxit. Cordi utique Deo, Beatissimæque Virgini fuere preces & vota; vix enim ea Hieronymus absoluerat, cum se oranti, & multis lachrymis supplicanti, candida in ueste, necnon cœlesti luce circumfusa, ac diuina planè maiestate conspicua Dei Genitrix obtulit, carcerisque tenebras inusitato, atque inexplicabili radiorum suorum splendore dispulit, ac fugauit. Ex oculis enim, ac vultu, atque adeò toto celsissimæ Virginis corpore tanta claritas emicabat; ut neque posset in eam oculorum aciem defigere, nec emicantem inde fulgorem diutius intueri. Itaq; huiusmodi spectaculis infuetus, terrore attonitus, totis artubus contremiscere, quid rei esset expectare; cum Beata Virgo Hieronymum benigne intuita, & proprio compellans nomine, præsenti animo, & hilari vultu, omni cura vacuum esse iubet: cuius preces & vota, se aduocata, & patrona, essent à filio clementer admissa. Ille animo erectus patronam suam intueri connixus haud commodè potuit; cumque oculorum, & animi voluptate quadam delinitis illam obniteretur attentius acriusque contemplari, ranta sensit radiorum

vi obtutus aciem perstringi, ac propè obtundi, ut potuerit ardente meridiani solis facem multò commodius intueri. Quare adhuc animo dubius, leui aliqua somni imagine se illusum putat; cùm Beata Virgo ceptis addit, ut vota soluat, & vitæ emendationis in posterum consilia ineat; tūm manu ad eum porrecta, claves offert, quibus, & vincula, & carceris ostia referare; & quocunq; libeat, abire mādat. Fidem visi fecit expleta promissio; siquidem ille impiger ad iussa, acceptis clavis, vinculis, & carcere referatis, sensit hand vanam esse tantarum rerum imaginem, tum ad cælestem patronam venerabūdus, & in gratiarum actione totus effusus se convertit: Sed illa tenues in auras momēto dilapsa lētissimum Hieronymum summo mārore suo discessu compleuit: qui tandem verbis, & lachrymis dolore, & lētitia simul intermixtis, actis intimo cordis affectu Deiparæ Virgini gratijs, e carcere liber egreditur.

*Nouo miraculo Taruifium deducitur.*

*Caput. IX.*

**E**x tulit è carcere; quò tanti beneficij sempiternum aliquod ad posteros extaret monumentum, & probata fides; claves è Celo sibi delatas, tūm manicas, & compedes, cūm pilia marmorea, & reliqua crudelitatis instrumenta, præter interiorem subiugulam, cæteris vestibus nudatus. Ea sarcina, quasi trophyo suæ victoriae, ornatus verius quam oneratus, fese in viam

viam dat. Sed mox aliud imminet gravius periculum; vix enim aliquot passibus, processerat cum in exercitum Cæsaris incidit, & viam omnem armato peruigiliq; milite occupatam circumspectat. Expalluit Aemilianus, animoque corruit subito hostium incursu; humanisq; deficientibus, ad diuina perfugia se conuertit; invocat iterum Patronam, & Dominam suam, ut se praesenti periculo ereptum, certo itinere in columnen dirigat, præcatur. Nec irritæ preces; vix enim ea cōplerat; cum priorem, & speciem, habitum referens Beatissima Virgo præsto est, & mox miraculum miraculo cumulat, manum apprehendit, securum sequi iubet, & per medios hostes ferrea vincula gestantem, alienis oculis minimè conspicuum educit; hoc præterea, singularis benevolentiæ specimen addidit, quod Taruifini itineris ignaro se comitem præbuit, donec Ciuitatis mœnia in conspectum se se darent. Tum Dina tutelaris, & comes Hieronymi repente ex oculis sese mira celeritate proripuit, illius mente nouo, & insolito splendore diuinæ lucis sub ipsum discessum illustrata, & perfusa; occultoq; igne diuini amoris corde succenso. Atque utinam hic mortali fas esset dulcissima & prorsus cœlestia Beatæ Virginis hortamenta referre. Ille Ciuitatem ingressus Beatissimæ Virginis æde in adit, longa, & pia oratione filio, Matrique gratijs actis, noui miraculi enentum omnibus prædicat: obligatam voti sponsione sacrorum fidem integrè liberat; tabellam, quæ rei admirandæ exitum, & ac-

& accepti beneficij memoriam scripto, & pictura, perpetuo testetur, cum manicis, compedibus, collique vinculo, & marmorea pila, è summo tholo pendentem curat, remque totam quo ordine gesta est publica fide scriptis consignari mandat. Illud verò vehementer dolendum, claves per Sanctissimam Virginem collitus delatas infelici euentu, quo templum illud multis abhinc annis conflagravit, deperisse. Ideò cætera, quæ integra superfluerunt, à communī illa anathematū turba delecta, in interiorē altaris partem ijsdem ferreis cancellis, quibus Sanctissimæ Virginis Imago, conclusa singulari religione asseruantur, nec nisi pia ad euentum postulatione produntur. Compedes verò non eius sunt generis, quibus ferè vti consueimus, vt ferreo vecte claudantur, sed quales interdum equis ad pasqua dimissis iniucere solemus breui anulorum catena colligatae. Hieronymus his rite Taruisij perfunctus, Venetias eodē habitu properat, insigne Beatæ Virginis beneficium palam per vicos, & compita in Area magna Diui Marci enunciat; quamplurimis hominem, quasi insanum somnia narrantem, irridentibus; alijs dubiam rei fidem, & suspectam non plane admittentibus: permultis verò, quibus Hieronymi ingenium ab omni fictionis, & vanitatis suspitione alienum iam pridem notum erat, admitande rei euentum obstupescientibus.

*Bellis rebus compositis Castro Nouo  
Aemilianus preficitur.**Cap. X.*

**C**VM verò pér annos fermè quatuor , coque  
amplijs, varijs bellorum motibus tota su-  
ta esset Italia , ac omnis ferè Europa : tandem de  
compositione inter Christianos Principes agi  
cæptum est ; nec multò post æquis conditioni-  
bus commune pacis fœdus initum . Non faci-  
lē credi potest , quanta lætitia , & iucunditate ,  
subitus hic de cōpositione inter summos Prin-  
cipes nuntius omnem Europam perfuderit , at-  
que compleuerit , & quam mira serenitate mi-  
ferabilem illorum temporum faciem diuturno  
merore obscuratam , illustrarit . Sed apud Ve-  
netos præsertim lætissima omnia , quando ea  
dirittus tempestas , quæ paulò ante non terrorem  
modò , sed extremam perniciem , & interitus to-  
ti Venetorū Imperio attulisse videbatur , exitus  
habuisset omnium opinione feliores . Siqui-  
dem opulentissimis Ciuitatibus , antea amissis ,  
in potestatem redactis , tanti Imperij decor , &  
maiestas est iterum constituta . Sed ducibus , &  
militibus optimè de Repub. meritis larga ex  
veteri Senatus munificentia præmia decreta-  
sunt ; Inter quos cùm emineret Hieronymus ,  
hoc in eum grati animi , & benevolentie mo-  
mentum , ac eius virtutis singulare testimonium  
extare voluit sapientissimus Senatus : vt Castro  
Nouo in potestatem recepto Aemilianæque fa-  
miliæ

miliæ ad annos triginta attributo; iterum Hieronymus summa cum potestate præficeretur; ut qui locus paulò antè calamitatis, & ærumna-  
tum plenus extitisset; idem & dignitate & com-  
modo illi, totique familie iucundissimus foret.  
Sed alia omnia animo voluens, totum hoc,  
quidquid erat splendoris, & dignitatis, quod  
suæ deferebatur virtuti, constantissime repu-  
diasset Hieronymus, nisi familiae ratio aliter  
suasisset, cuius, non modò dignitati, sed opis-  
bus etiam, quas necessarijs belli sumptibus pe-  
nè exhauserat vniuersas, hac tanta Reipublicæ  
munificentia honestè consulendum amici, & af-  
fines contendebant: quorum adeò obfirmatos  
in ea re cernebat animos, vt in præsentia omne  
contradicendi studium frustra suscipi appare-  
ret. Quasi igitur supremum illud Reipub. &  
familiae præstaret obsequium, oblatam digni-  
tatem non tamadmisit, quam subiit, quia ci-  
trà Senatus, & affinium offensionem recusare nō  
potuit. Pluribus autem annis Castrum Nouum  
Æmilianæ genti paruisse satis constat; ad alios  
postea fœudali iure auctoritate Reipublicæ  
translatum. Commodo igitur tempore in viam  
se dat. Taruisum primò profectus, Patronam  
suam Beatam Virginem inuisit, eamq; religio-  
fissimè precatus, ut quandò voluntatis suæ pla-  
nè conscientia, non studio quæsitos à se fasces, non  
ambitam prouinciam sciret, vires eidem oneri  
pares à filio impetraret, & quem primum vellet  
esse ingressum quemq; extremum administran-  
dæ prouinciæ exitum, indicaret; qui iam vo-

136 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

etis de nouo genere vita concebris, commodo, non impedimento foret. Ad oppidanos vero, quos funesta Patriæ calamitas reliquos fecerat, nec eodem impetu furentis exercitus rabies obruerat, simularque de Hieronymi reditu fama peruenit: eius visendi studio maxime flagrantes, summa omnes lætitia compleuit, nihilque, quod ad celebrandum aduentum eius excogitari ab incolis, aut prestatri posset, prætermissum; tam gratis animis exceptus, quam expetitus. Ut enim primum Prætorem aduenire nunciatum est, non domi venientem expectant, sed multitudine ad aliquot mitaria Castro Novo obuiam effusa, faustis acclamacionibus accedentem excipiunt: & festis clamoribus deducunt, non sine multis expressis gaudio lachrymis; in omnibus tandem benevolentiae studiis, summæq; voluntatis significatio enituit. Augebat in dies eorum lætitiam admirabilis quædam Hieronymi, cum lenitatem & clementiam in ciues, tum pietas, & ardor in Deum, quibus virtutibus administrationem illam ita obiuit, ut eorum commodis accuratissime inferuiens, nunquam tamen à pietatis officijs in Deum retardaretur. Quare sanctioris vita studijs incensus, alioquin mitis, in egenos liberalis, nulli impacatas, publicæ utilitatibus perstudiosus, omnium denique virtutum genere ornatus, sanctis repente admirationi pariteret, & exemplo fuit.

Dey

Defuncto fratre, Magistratus abdicat,  
reiq; familiaris administrationem  
suscepit. Cap. XI.

**S**ED ista summa cum iustitiae, & pietatis laude administranti, tristis est Patria nuntius, nec opinanti allatus est, Lucam fratrem charissimum visitare. Molestissimum id accidit Hieronymo, eodq; aenio penè consternatus facile declaravit, quanto in pretio, & amore fratrem viueorem haberet, quom' sensu vita que carentem, tanto animi sensu deploraret. Ceterum, ut lachrymis indulfit, quantum prudens humanitatis ratio, & sanguinis coniunctio postulare videbantur; omnia tandem diuinæ bonitati accepta referens, eidemque gratias habens, incarentem animam solariis est, & saoras ac solemnes expiations de more pro illius quiete procurari iussit: ut igne pugante, si illo detineretur, liberaret; pauperibus insuper pecunias erogare, ipse frequens oratione solicitare coelites, ut illum sua apud Deum gratia subleuarent, ab omnibus, ut idem faciant postulare; nihil tandem omittere, quod in acerrimis tormentis versanti aliquid praesidijs posset afferre. Sed quoniam Hieronymo praeteris negotium dederat ille moriens, ne quid ex testamento aut immutaretur, aut prætermitteretur, filiorumq; tutelam vni illi maxime demandarat, crebrisq; vocabatur affinum literis ad res domesticas rite componendas, ad lugen-

tem viduam solandam, ad nepotum curam tutelamque suscipiendam. Ille Praetoriam Provinciam diu pertensus, id saltem commodi, ex graui illo familię incommodo sibi colligēdum putauit, ut oblata occasione domestici vulneris, publicę gubernationis fasces deponat: qua propter rei familiaris impedimenta causatus, honestaque missione ab Senatu impetrata, eo Magistratu, & imperio se quam primum abdicavit, & ex eadem Aemiliana gente nouo Praetore subrogato, Venetias contendit. Quām vero libenter, & peramanter in primo congressu ab oppidanis exceptus, tam mox ægrè, & per molestę in digressu dimissus. Cum primum Venetias attigit, duo maxime nepotum gratia, præstitit: alterum, quod tenellos adhuc puerorum animos ad omnem pietatem informandos, honestis moribus imbuendos, studijsque literarum erudiendos curauit; Alterum, quod cum illis multæ, atque amplæ varijs in locis res rationesque cum multis essent à Patre contrata, earum ille procurationem suscepit accuratissimam, & illorum mercaturis faciendis, reique augendæ se diligenter tradidit. Nemini autem mirum, aut nouum esse debet homines natalibus nobiles, & honorum lice conspienos mercioniojs implicari, quando non modo liberis in Ciuitatibus, veteri consuetudine approbante, factum est, ut nihil mercatura nobilitati officiat; quod apud Iamenses, Luccenses, Epidaurios, aliosque iberos homines cernimus, quorum institutis, & legibus nullam nobis

nobilitatis iacturam tractandarū mercium occupatio cuiquam ciuium parit; Sed multò magis etiam, quòd si rem suis pendamus momentis, si antiquorum diligenter discutiamus monumenta, & illustrium testimonio scriptorum, pariq; rationum suffragio, & exemplorum copia, nobilem hominem mercaturam haud decere comperiemus; sordidam semper, ac villem excipio, quā ciuib⁹ suis interdixerat Lycurgus, & nobilioribus exercendam vetuit Aristoteles. Necesse est enim huiusmodi homines sordidos esse, ac pusillos; ut qui lucello magnoperè inserviunt, quæstuique se prorsus dedunt; ac proindè nullius honestæ rei studio incendi, nullius præclari facinoris gloria duci consueverunt. Quod luculenter expressit Cicero. *Mercatura autem, inquit ille, sitenvis est, 1. off.* sordida putanda est; si magna, & copiosa, multa undiq; apportās, multisq; sine vanitate impertiēs, non est admodū vituperanda. Sed veterū dictis illustria grauissimorum hominū accedunt exēpla. Solon, qui & sapiens vñus fuit ex septem, & legum scriptor longè prudentissimus, cum ei per angusta domi res familiaris esset, propterea quod Pater ad beneficentiam propensior Patrimonium valdè imminuisset, ad mercaturam, rei agendæ gratia, se contulit. Thaletem quoquè mercaturam exercuisse auctor est Aristoteles. Platonī etiam olei in Ægyptum exportationem peregrinationis viaticum suppeditasse, docet Plutarcus. De Zenone præterea Stoicæ familiæ Principe sunt, qui idem

7. Pol. c. 9.

1. off.

Plutar. in vita.

8. Pol. c. 7.

In vita  
Solomiso

## 40 De vita Hieronymi Aemiliani

ex Laertio haud leui coniectura affirment; propterèa, quòd purpuram ex Phænice mercatum tradat; non alia certa causa, vt coniuncti, nisi vt iterum distrahendo quæstum aliquem faceret. Neque enim ea fortuna fuit Zeno; aut eo luxu, vt eam sibi vestem emeret. Auget etiam mercaturæ fidem, quòd ex pecunia quæstum querere illi familiare erat, Patremq; Mamcam mercatorem habuit. Catonem insuper Censorium, absolutum apud antiquos probitatis exemplar, negotiationi fuisse deditum, sequè mercioniois implicasse auctor est Plutarchus. Sed à sapientibus ad nobilissimos, hoc est ad Reges, & Imperatores gradum faciamus. Tarquinius Priscus qui præclaris virtutibus Romanorum Regnum est assecutus, qui que cultum Deorum nouis sacerdotijs illustrauit, Senatum numero auxit, Equestrem ordinem frequentiorem reddidit, ex Patre mercatore mercator ipse extitit, & ingentes opes mercatura concessit. Vespasianus Imperator, non solum antè Imperium ad mercaturæ quæstus, sustinendæ dignitatis causa, descendit; sed illo etiam adepto negotiations palam exercuit, multa viliori emendo, quò pluris distraheret. Ælius Pertinax Imperator renunciatus non secus mercaturam per suos homines exercere instituit, ac si priuati ordinis extitisset. Addatur & hoc postremo loco. Mercurius Rex & Philosophus à priscis illis inter Deos relatus quòd mercaturæ non modo operam dedit, sed & eam primus omnium ceteris tradidit: ideoque

*Ex Lur.*

*In eins  
causa.*

*Val. Max.  
lib. 3: c. 3.*

*Dionys.  
lib. 3.*

*Ex Suet.*

*Dionys.  
lib. 6.*

que diuini honoresilli decreti. Vides igitur, & Regiam, & Imperatoriam dignitatem, quin etiam diuinitatem mercatoribus ab antiquis deferri; ut minus mirum sit, si eundem hominem nobilem esse, & mercatorem sèpè contingat. Sed ista longius prosequi præsentis non est instituti; hæc pro oblata occasione, leuiter delibasse satis: nec enim Veneta nobilitas cuiusquam eget defensione, cui primas deferri in confesso est apud omnes. Ad Hieronymum redeamus, qui nepotum suscepta tutela, integra fide illorum bona curauit, nullo emolumento, nulla quæstus vtilitate ductus; quippe non istic rebus labores ille suos metiebatur, sed Christianæ charitatis ardore magis, quam vtilitatis fructu, aut sanguinis coniunctione, ad ea procuranda motus, vberiores laborum suorum prouentus à Deo, cuius causa erant suscepti, sibi pollicebatur.

### *Insignis in Hieronymo morum mutatio*

#### *Cap. XII.*

**H**anc seignior autem in suorum morū cultura, quam in rei familiaris administratione extitit Hieronymi industria, & diligentia. Solutus enim grauioribus publicæ gubernationis curis, diligenter cœpit spiritualium, ac celestium rerum studijs vacare; vitio tum omnium in peccatis seruitutem depellere, & liberare animi simpossessionem ab improbris, & iniustis direptoribus, quibus iam adeò fuerat additum.

Etus

## 42. De Vita Hieronymi Aemiliani

tus, ad verum Dominum omnino transferre statuit. Nec diuinorum rerum studio flagranti præsens numinis auxilium defuit: quod occulta virtute, ita cœpit Hieronymi mentem animumque versare, ut admirabilis vita correctio, & insignis morum emendatio breuissime extiterit. Näm reiectis omnibus antea, aut ad vanitatem, aut ad luxum quæsti vniuersa, tūm in habitu, & ornatu corporis, tūm in dictis & factis, ad grauitatem, & modestiam cōposita; excisæ ad breues capillos luxuriantes comæ, quibus maximè iumentus aut calamistro compatis, aut in cincinnos inflexis, aut in obeliscum erectis, delectari solet. Venustas oris in speciem virilem commutatur; verborum parcus, & prudens æstimator; Denique à seipso planè diversus, atque in alterum mutatus totus apparet; ut in eo facile cerni posset diuinæ gratiæ atque benignitatis virtus & amplitudo. Cum autem numeris omnibus absolutam hominiis conuersionem, & sui ipsius cognitione, & commissorum detestatione contineri didicisset; harum ille rudis rerum, & ignarus, diuini verbi præconibus, de superiori loco in Ecclesijs, saeculis diebus ad populum differentibus aures dabant quām assidue attentissimas; quo facilius animus salutaribus eorū monitis informatus, in reconditā, & difficilem sui cognitionem deueniret; & præteriorū scelerum dolorem cōciperet salutarem. Quo audiendi studio contestatam à Diuo Paulo veritatem illam s̄p̄ius est recipia expēctus: Vias est sermo Dñi & eff,

840

cax, & omni gladio anticipi penetrabilior; quippe inter audiendum incalescere, tristariq; & damnata rerum speciosarum vanitate, paupertatis, & pœnitentia amore succendi, sibimet acriter indignari, quod veræ virtutis spreta dignitate, in tam vilia, & obscurâ deieciisset animum; eoquicq; celesti gladio admodum salubriter transuerberatus, altis præcordijs conceptu salutaris vulneris dolorem, modò ex oculis yberi fletu, modò ex pectore crebris singultibus, ac suspirijs erumpentibus, indicabat. Dismissa concione, è templo discedens, non luxuriabat in plausus quosdam vulgares, & inanes; sed in uberrimam virtutis solidæ frugem maturescebat; nō leui quadam animi titillatione, aut aurium dulcedine delinitus, sed corde cōpunctus tacitus, ac meditabundus sanctiora vitæ consilia coquens, abibat. Indè, Hieronymi pectus diuini spiritus lumine in dies clarius illustrante, cœpit ipse intenta mentis acie, cum anteactæ vitæ ingratitudine, & impuritate, cœlestium bonorum magnitudinem & præstantiam diligenter conferre; qua vna cogitatione sic ille afficiebatur interdum: ut veluti sensibus destitutus, non modò nullū amplius ē rerū terrenarum vſu, atque aspectu solatium caperet; sed ingens etiam earum odium, atque fastidium hauriret. Tùm sèpè acrioribus conscientia stimulis agitatus, humili prostratus ad Christi signum de Cruce pendentis, manantibus ubertim lachrymis, & superioris vitæ annos in amaritudine anima sua memoria repetens,

pectus

43. De Viris & Hieronymi Aemiliiani

genuis tundere, oscula terrae figere, se identi-  
xim inter lachrymas, & singultus, ingratu, im-  
piam ; mortalium omnium vilissimum caput,  
idemque celestissimum vocitare ; tum in seip-  
sum aperius anima duertere, ac penè desauire.  
Sic humi diu barenis, quiequid fluxum, immunitum,  
& foeditum, ante in animo fuerat, id re-  
tum, & longo lachrymarum imbre diluere, pœ-  
nitentia nitro expurgare, & celestis charitatis  
incendio in aræ cordis concomare studebat ;  
ac euagelici publicani humilitatem æmulatus,  
non haudebat oculos ad cœlum tollere. Illud  
etiam identidem usurpabat, ut charitatis feruor-  
e, diuinis amotis æstu exundante, ad sancta  
sanum Crucifixum conuolareret, eiusque pedes  
arctè complexus enixè deprecaretur : ut quan-  
do seipsum æterno Patre, pro totius mundi sa-  
lute, emisso sanguine, immaculatam hostiam in  
aræ crucis ditteret, sibi etiam misero peccatoru-  
m pretiosissimum sacrificium salutare esca  
principaret. Hęc ipsa verba crebro ingeminans  
*Dulcissime Iesu, nō sis mibi Iudex, sed Salvator.*  
Hocque illi erat per familiare iactum, quod  
singulis penè momētis quodcumq[ue] illud agens  
in ictus diuinis contorqueret, confuerat. Fre-  
quentissimam Sancto Augustino fluuisse candens  
sermè scandi formulam in hæc verba legimus:  
*Iesu, ego mibi Iesu.* Que precandi ratiō eodem  
est ac quæ Hieronymi precariōne recordit. Ver-  
itatem non ex Augustini scriptis adhuc illi ignoris;  
hoc hauseras, sed eadem certe Magistro, quod  
Sanctus Augustinus didicerait, equum trunco signi

mili orationis formula pari in eos effuso spiri-  
tu precium instruxerat. Ad hæc habitus ab eo  
prudens aliquorum delectus, quibuscum fre-  
quenter ageret, & familiariter versaretur; non  
ignarus, quām multa subsidia ad hominum mo-  
res in quamvis partem formandos ex priuata  
consuetudine petantur; quin longè facilius ho-  
mines prauorum congressu ad impietatem tra-  
duci, quām bonorum studijs ad pietatem in-  
formari; Tantò procliuīs malorum ad perni-  
ciem, quām bonorum ad salutem impulsus, &  
exempla cæci mortales sequuntur. Quia igitur  
diligentia malorum auersabatur familiaritatē,  
eadem plane conquirebat bonorum, quos mi-  
rificè diligebat, & obseruabat, proposita sibi  
antè oculos non oscitanter fraternę virtutis di-  
sciplina, & morum sanctimonia; ut virtutum  
flores vnde cunque collectos in aluearium mel-  
liti cordis sedula æmulatione comportaret.

*Rerum spiritualium Moderatorē**sc, colun *permitit.***Cap. XLII.*

**C**V M in ceteris artibus magnum aliquid,  
atque arduum aggressuris; prudens om-  
nino, & peritus Dux eligendus est; tūm verò in  
spiritualis vitæ disciplina, in qua vna periculo-  
sum, & anceps nimis sine Rectore, & Magistro  
versari, idque quotidiè magis quā virtutis diffi-  
cultate qua interioris conscientia molestia ex-  
periebatur Hieronymus sic idèo prudentem

ali-

IUD

46. *De Vita Hieronymi Aemiliani*

aliquem virū piū, ac religiosum sibi diligendū censuerit: cuius consilio in studio pietatis vteretur, nē solus in stadio christiane virtutis obrans, in eius umbris, & imaginibus occupatus, ipsam solidam, & expressam virtutis rationem amitteret. E sacro igitur Canonicorum Lateranensium ordine, quibus est perillustre, & antiquum Venetij templum, cui nomen Charitati, dux est dux spiritualis, & conscientia moderator Sacerdos doctus iuxta, ac pius. Huic annos plures confessiones audienti operam dedit Hieronymus, ab eo primum enixè contendens, vt studia omnia sua dirigat, vota voluntatesque componat, dicta, facta, cogitataq; omnia pro arbitrio, & prudentia moderetur sua; se omnino futuram in præcipiatis potestate. Hieronymus ille exceptit amanter suique manecis partes, explevit egregiè; nām salitis monita, virtutum præcepta, mundi, suique ipsius contemptum inculoans sitieati animæ eternæ vitæ pocula abunde offerebat; quibus illa sobriè inebrata, ad virtutum, & honorum operum studia majori, quam antea impetu exarsit. In primis illi persuasum, vt sacræ poenitentie, & Eucharistie mysteria frequentissime simus obire: quorum alterum, quā mysterijs fascitate, & quā sae conscientia infirmitate deiecyt, licet frequentissime repraret, minus tamon frequentius usq; vigebat: ve illi utrum quidam putabat religionem, & agnitionem novi enim absiniebat, quod animalia hinc efficiant factum est, in promptius sed accepsimus, & tunc

qui

qui Christi amantissimum , ab eius conspectu ,  
 atque consortio reuocabat sine tenuitatis , ac  
 peccatorum conscientia , atque ideo cum ma-  
 xime cuperet adhærere Christo (aiebat enim *Do-*  
*mine ad quem ibimus verba vita aeterna habes*)  
 cum tamen alias se profanum , atq; immundum *Ioan. 58*  
*cognosceret*, aiebat; *Exi à me Domine quia ho-*  
*mo peccator sum*. Cæterum , cum hoc sibi nō ad-  
 modum salutare è spirituali Magistro didicisset  
 Hieronymus , propterea quòd eo cælesti pabulo  
 vnicum exilij nostri solatium , & humanæ imbe-  
 cillitatis præsidium contineretur , quo sèpiùs re-  
 creatæ piæ mentes , præter summam dulcedinē ,  
 & eximiam iucunditatēm , qua perfunduntur ,  
 ijs etiam virtutum præsidij instruantur , quæ nō  
 facile hostis sempiterni viribus labefactari , &  
 infringi valeat , cautior factus , sèpiùs sacris epu-  
 lis magno vtique bono spirituali accumbebat ,  
 exindeque in morem duxit hebdomadis mini-  
 mum singulis Pœnitentiæ Sacramento pecca-  
 torum sese vinculis expedire , & sacram Syna-  
 xim peragere . Et certè Sancti Augustini testi-  
 monio , illi licere quotidie sumere , qui dignam  
 quotidie homine christiano vitam ducat , non  
 ignoramus . Præterea ancipiti perturbatione  
 fluctuantis conscientiæ stimulis eiusdem Magi-  
 stri consilio maxime consultum , illos enī car-  
 nifices implicatae mentis aculeos , quos ierupu-  
 los vocamus , adeò graues cum suscepτa pietatis  
*incommmodo* , atque etiam periculo experieba-  
 tur ; ut illis agitatus , non diutiū conscientiæ di-  
 urnam , nocturnamque luctationem ferre , non

ora-

orationi , aut rerum cœlestium contemplationi ardentiū vacare , non tandem institutum , sanctioris vitæ cursum diu tenere posset , nisi per ritu institutoris consilio , & opera , molesta illa perturbationum , & punctionum diuexatio , quæ in spirituali schola tyronum animos mentemque oblidere solet , depelleretur . Commissorum igit conscientia non leuiter vexato præsto erant solitaria verborum , & consiliorum , ad leuandam huius morbi ægritudinem , & erigendum animum penè deieclum ; hominem enim orsus pius Sacerdos spiritualis vitæ expolire præceptis , scrupulosque , ac solicitudines animi , quibus dies & noctes exedebatur , eximere ; præterita primum , quoadusq; memoriam longissimi temporis consequi potest vltimam , Hieronymum confiteri iubet . Præstitit vir pius , quod iubebatur , animi ardore , & demissione incredibili , fructu , & vtilitate pari : vitam omnem confessio ne accuratissima recognouit : crebri gemitus , suspiria , & lachrimæ subinde confessionem interpellantes , satis aperta veræ poenitentiaz indicia prodebat : tum à confessione Hieronymum metum omnē in posterum , & animi sollicitudinem abijcere mandat ; sperare se , Deo faveente , inanissimam illam mentis exulceratę , scabiem poenitentiaz Sacramento sanatam ; si quid molestiaz huiusmodi acciderit , fore illa obstrepenū Dæmonū machinamēta , quæ eludendo potius , quam contrā nitendo depellantur . Fuit prædictioni euentus : redditā enim gaenti securitas , & tranquillitas conscientiaz omnia

omnia pacatiora deinceps in oratione, & rerū cœlestium commentatione expertus: nisi illud vnum hominem misere torqueret nō infrequēter, quod cùm menti recurreret, quām multa ardua, & perpessu aspera ac difficilia militaris gloriæ studio, & cupiditatum ardore anteā præstisset: nunc Christi signis, militiæq; mancipato, adeò in bonorum operum cursu otio, & inertia torpere sibi, ac gelu obrigescere videretur; vt nè inter gregarios quidem censeri mereretur. Sæpius itaque ea Christi Dñi voce: *Qui vult venire post me abneget semetipsum, tollat Crucem suam, & sequatur me: quasi tuba terribilius in hominis pectori perstrepente, ad pugnam excitatus, acri bello voluptatis omnibus, quarum anteā crudeli dominatu premebatur, indicto, superioris adolescentiæ virtutia cœlestis auxiliij præsidio, magnis postea virtutibus compensauit.* *Matth.* cap. 16.

## Varia Virtutum exercitiae. Cap. XIV.

**M**ilitia spiritualis exordia, & certa sui ipsius ab gloriaz & magistratum contemptu. Etenim rationis appetitum honorum illecebris, & dignitatum splendori valde obnoxii quo facilius christianæ humilitati ac despicientiæ subiugaret; abdicato à se publicæ rei tumultu, nuntiis ac dignitatibus valere iussis, nuncio magistribus, & publicis officijs remisso, omnem illi ambitionis escam, & inanis gloriæ segetem

D'

subtra-

Subtraxit Itaq; non amplius frequentare Senatum, non in curiam ventitare, non publicis interessibus conuentibus, neminem prehensare, nullam deniq; reipublica<sup>z</sup> procurationem attingere: satis perdifficilem rem publicam sibi administrandam ratus; proprias saluti inuigilare, & varios sensuum motus honeste, & cum pietate moderari. His igitur publicis muneribus, qua<sup>f</sup> compedibus, quibus maxime retardari solēt cōcitati ad summam virtutem animorum cursus, fractis, & reiectis, mirum est, quam, quantum nusquam antea, ad sanctioris, & asperioris virtut<sup>e</sup> studia concitatē raperetur. Superbiam in primis, & animi elationem, malorum omnium incitamentum & originem, crebris humilitatis exercitationibus radicitus ex animo aggressus, ~~exaltata~~, ~~humiliata~~, vestitu, alioquin, & consuetudine ubique apparebat, neq; exterior modo humilitas, interioris haud dubie index, in eo enitebat: sed multò magis interior certis indicijs sui ipsius contemptu, ac despiciētia emicabat; quippè laudum præconia, & gloriæ splendorem perinde auersabatur, & horrebat, ac cæteri dedecus & ignominiam de scipio ita demissem & abiecte, quasi de mortaliū omniū despicatissimo, ac scelestissimo loquebatur; nec aliter sentiebat; si quid vero præclare gesti negare, aut dissimulare non poterat; id totum diuinæ gratiæ accepsum ingenuè referebat. Effusa etiam, & Christiano homine digna liberalitate superioris virtut<sup>e</sup> cupiditati obuiam itum. Cum enim eleemosynarum parcissimus, profusissi-

fusissimus autem vanorū sumptuuni extitisset , adeò prolixam , & beneficam postea in pau- res induit naturā; vt inops nullus occurreret , in quem ille stipem benignè non cōferret. Eius verò benignitatem non mediocriter in primis sentiebant Virgines , quas egestas posset im- pellere ; vt quæstui haberent pudicitiam . Has enim , nè qua inhonestæ turpitudinis macula proſtituerentur,dote locupletatas , & veste or- nataſ , honestè collocandas curabat. Mulieri- bus, ac familijs, quæ ad inopiam redactæ,inge- nuo pudore à corroganda ſtipe arcebantur: ip- ſe ſuis fortunis clanculum ſubueniebat ? ne- minem denique abſe vacuum & inanem,quoad posſet, abire patiebatur . Sed & inuidentiæ fra- ternæ felicitatis per id tempus medicinam fé- cit; vt qui priùs immodicè ſui amans non æquo animo ſecundos proximorum euentus ferret , poftmodum charitate efferuēſcente , factum fit , vt magnis aliorum commodis omnis Hie- ronymi deſudaret industria , & alienæ ſalutis procurandæ vniuersæ excubarent cogitationes & ſtudia; proſperos eorum ſuccellus ea vultus ſerenitate & hilaritate excipiēdo qua illius ani- mus perpetuò fruebatur, niſi quando commiſ- forū recordatio, depulſo gaudio , dolorem immitteret. Acrius autem illi, & diſſicilius bel- lum aduersus effrænatos appetitionū impetus & incendia carnis instabat; eoque periculofius & grauius, quò superiorum vulnerum nondum obductis cicatricibus, & incommoda ſubinde & damna in progreſſu virtutis, acerrima expe-

tabtraxit. Itaq; non amplius frequentare Senatum, non in curiam ventitare, non publicis interessè conuentibus, neminem præhenfare, nullam deniq; reipublicæ procurationem attingere: satis perdifficilem rempublicam sibi administrandam ratus, propriæ saluti inuigilare, & varios sensuum motus honestè, & cum pietate moderari. His igitur publicis muneribus, quasi compedibus, quibus maxime retardari solēt cōcitatì ad summam virtutem animorum cursus, fractis, & reiectis, mirum est, quām, quantum nusquam antea, ad sanctioris, & asperioris vitæ studia concitatè raperetur. Superbiam in primis, & animi elationem, malorum omnium incitamentum & originem, crebris humilitatis exercitationibus radicitus ex animo aggressus euellere humili vestitu, alloquio, & consuetudine vbique apparebat, neq; exterior modò humilitas, interioris haud dubiè index, in eo enitebat: sed multò magis interior certis indicijs sui ipsius contemptu, ac despicientia emicabat; quippe laudum præconia, & gloriæ splendorem perinde auersabatur, & horrebat, ac cæteri dedecus & ignominiam de scipso ita demissè & abiectè, quasi de mortalium omniū despiciatissimo; ac scelestissimo loquebatur; nec aliter sentiebat; si quid vero præclare gesti negare, aut dissimulare non poterat; id totum diuinæ gratiæ accepit, ingenue referebat. Efficua etiam, & Christiano homine digna liberalitate superioris vitæ cupiditati obuiam itum. Cum enim eleemosynarum parcissimus, profusissi-

fusissimus autem vanorū sumptuuni extitisset , adeò prolixam , & beneficam postea in pau- res induit naturā; vt inops nullus occurreret , in quem ille stipem benignè non cōferret. Eius vero benignitatem non mediocriter in primis sentiebant Virgines , quas egestas posset im- pellere ; vt quāstui haberent pudicitiam . Has enim , nē qua in honestæ turpitudinis macula- prostituerentur,dote locupletatas , & veste or- natas , honestè collocandas curabat . Mulieri- bus, ac familijs, quā ad inopiam redactæ,inge- nuo pudore à corroganda stipe arcebantur: ip- se suis fortunis clanculum subueniebat ? ne- minem denique ab se vacuum & inanem,quoad posset, abire patiebatur . Sed & inuidentiæ fra- ternæ felicitatis per id tempus medicinam fe- cit; vt qui priùs immodicē sui amans non æquo animo secundos proximorum euentus ferret , postmodum charitate efferuescente , factum fit , vt magnis aliorum commodis omnis Hie- ronymi desudaret industria , & alienæ salutis procurandæ vniuersæ excubarent cogitationes & studia; prosperos eorum successus ea vultus serenitate & hilaritate excipiēdo qua illius ani- mus perpetuò fruebatur, nisi quandò commis- forū recordatio, depulso gaudio , dolorem immitteret. Acriùs autem illi , & difficilius bel- lum aduersus effrenatos appetitionū impetus & incendia carnis instabat; eoque periculosius & grauius, quò superiorum vulnerum nondum obductis cicatricibus, & incommoda subindē & damna in progressu virtutis, acerrima expe-

se De vita Hieronymi Aemiliani

viebatur & grauissima: Quare cum magnum  
esse in victus continentia præsidium ad infanas  
corporis libidines debilitandas, & frangendas  
intelligeret: ac quasi lorica & scuto tectus, fu-  
gentibus sensuum appetitionibus sese obiucere  
statuit. Itaque multa inedia, & assiduus ie*cul*-  
nijs delicatum corpus affigere, in futura re-  
rum omnium copia extreme inopia & vicitus  
incômoda, ad perdomandas corporis cupidî-  
tates, libentissimo animo subire cœpit. Somni  
erat parcissimus, necessitasq; verius, quam vo-  
luntas hominem cubitum discedere cogebat;  
ubi satis naturali corporis desiderio intrâ na-  
turæ necessitatem fecisset, depulso somno de-  
multa nocte vigilabat: præmissa oratione vilio-  
ribus se domi exercitijs dabant. Interdiu Eccle-  
siarum limina religiosa animi pietate frequens  
terebat. Egros inuisens voce & opera recrea-  
bat, eorumq; corporibus iuxta & animis perutilis  
aderat; cumq; alia decessent vniuersa, in Asceti-  
cis versabatur assiduus; quorum lectione, diuinii  
amoris cōsopitus ignis excitaretur ardentius.  
Orationis studium cōprimis in eo eniuit singu-  
lare; licet enim nondum satis diuinarum rerum  
cōmentationibus esset expolitus, & informatus:  
vocali tamē precationi plures horas tribuebat,  
paulatim mentali sese accommodans; idque  
tanto animi ardore, ut lachrymas cohibere, re-  
primere suspiria nequiret: quo orandi studio  
maxime adiutus breui suorum sensum corporisq;  
victoriā, difficilem post dimicationem, repor-  
tanuit, & spiritalis pugnæ trophya reuexit.

Ad

Ad quem perfectionis gradum, & quara-  
tione breui peruerterit. Cap. XV.

**E**t fanta bonarum frugum semente in Hieronymi pectore diuinitus injecta, & exercitiorum labore, atque optimi diligentissimiq; magistri disciplina exulta, non modò albicebat ad futuram messem vberima virtutum seges; sed iam tum fructus legebantur omnium admiratione non indigni, eiusque virtutis in primis, que quo rarior in terris, eò præstantior centeri, & in summa admiratione haberet solet: in Hieronymo autem tanto admirabilior, quanto longo usu depravatae consuetudinis vehementius aduersabatur, de iræ moderatione loquor. Erat enim ipsa natura, ut antea diximus, animi concitationibus, & ire motibus maxime obnoxius, Emilianus, ut leuissimis etiam de causis iracundia & stomacho excederet, neque iratus, animo, aut verbis, aut manib; moderaretur. Sed cum didicisset nihil magis propriam christiani hominis, aut dignum, quam concordissime vivere cum omnibus, & eaquam proximos eximio quodam amore uniuersos compesci, nihil vero christiana religione magis alienum, & ab horrens, quam iniusticias, licet alioquin iustissimas, exercere cum aliquo, vel tacitas & occultas, vel indictas & apertas, hoc viuum Christum Dominum regisse, hoc a nobis enixe contendisse, avo studio, & voluntate no[n] dissideremus; proposita habuimus matrem bene-

§4. *De vita Hieronymi Emiliani*  
uolentię & inimicorum dilectionis nota ad veros Dei filios à gehennę filijs fecernendos; hæc ille reputans esteratos iracundia motus cōprimendos, omnesque odiorum, & inimicitiarum fibras euellendas constituit. Itaq; firmo in primitis decreto induxit prorsus in animum, quæ scunque vel gravissimas offendentes ad eam usque diem hominum improbitate acceperas, libertissime Christi Domini Crucifixi amore deponere ac condonare; tum, si quæ in posterum inferrentur iniuriae, ac contumelie non solū remittendo, sed etiam, beneficijs compensando, christiana nobilitate vescisci; extititque breui eximus salutaris instituti fructus; nam toleratice studium, & exercitium patientiæ tam insigne est subsecuta incitatoris itius natura moderationis castigatio; ut gravissimis contumelij in ipsis presentibus, qui palam iniuriam intulissent non modo ardenter nō succenseret, sed etiam ita se moderatum, lenem, patientemque præberet; nullam vt in vultu misericordiam, nullam in verbis iracundiam præferret. Satis erit quasi ad speciem tantę virtutis, quod illius hoc genere mirandum accidit, secundum Amaz Marcianam Venetijs cum negotiis curaret, nescio qua causa, vt sepe sit, ab improbo spudam & perniciaci homine, & quidem iure bono, discepitiebat Emilianus. Ille contra iugis & clamore contendere, ac minus urgente, atque ferocius insolescere (sic eni) Paulus Iustinianus Senator gravissimus quo tunc forte aderat.

cōmemorare solebat) Hieronymus incitatum lenire blandis verbis & christiana patientia ad moderationem inuitare conabatur, at ille nihil minus furens ac frendens plurima in eum maledicta coniecit & egregiè conuicijs onerans eidem se barbam carptim conuulsurum postremò minatus est. Hieronymus ac tanta, & tam insigni accepta iniuria, quanquam ea esset ætate, quæ soleret esse ad maledicendum effrenatior & ad vlciscēdum acerbior, ac impatientior ad ferendum: ijs verò & fortunæ & corporis præsidij munitus, vt hæc omnia facile præstare posset; ita tamē se gessit, vt nemini omnium vel oratione, vel vultu, vel animo visus sit in conuiciatorem, vel mediocriter commoueri. Quin etiam (quod vix credibile videatur) minanti barbae euulsionem, sereno & hilari vultu, paulū inflexa ceruice, & producto capite, mentum porrigit; tum blando oculo hominem intutus, placido ore, & ad risum ferè composito, en, inquit, barbam: si Deo ita cordi est, vt lubet, age. Quod tantæ moderationis exemplum nefarium hominē sin minus penitētia emendatū pudore certè confusum abegit; circumfusamque multitudinem admiratione compleuit: palam assentibus, qui ad iracundiam præcipitem Hieronymi naturam iam anteā perspectam habebāt, si quid olim tale eidem contigisset, futurum, fuisse prouidubio, vt hominem dentibus dilaniaret, quando cætera ad vindictam defuissent. Sed viceκat iam christiana animi submissio & mansuetudo nature fastū; & sui ipsius despectus

## 56 De Vita Hieronymi Aemiliiani

& contemptus vindictæ cupiditatè represserat; studiumque imitandi Christum, infanam vulgi opinionem abieceræ; idque in omni vita constantissimè postea retinuit; ut quavis gravi confessione interposita, sermone tamen singularis modestia suauitate, & humanissimis verbis reveretur condito: ve in omnibus dictis & factis ea præstantis animi effigies; & quasi interna species appareret, quæ perturbationib[us] sedatis; Anima tranquillitate perpetuò frueretur. Sed unde tanta in christiana disciplina progressio: non extiterat, nec iniucundū, nec innatil[er] christiano lectoris sit cognoscere. Aggressus enellex, quam inimicus homo in eius animo super semper auerat zizaniam, dum veterno peccato- rum consopitus detineretur; ita sibi cum vitijs agendis præstat, omnia suū aut p[ro]l[oc]o adorat, aut, quasi singulorum viribus denuo iustificatur; neodius belum inferat, inferi- rumque molatur, idque tentatum ex animi segmentia cessit: nam, cum aliquid vitium ex iis, cui diu[m] in gloriam pie assiduebat, sanctarix virtutis actibus quatere, & pietatis machinis everterere corrateretur, non longe post expugna- tionem, tandem victoria poriebatur; neque prostratos & penitus deictos, aliud in aciem planusbat, rursumque aduersa virtutis exercitus expugnatione instruxerat, nō prius desiste- bat, quam ex pugnato vitio, virtus in animo dominari eum summa feliqua pari p[re]gn[e]re victo- riæ que tunc p[ro]gesbat. Itaque domino auxilio maiores in die sacerdotie vires, breui sacra est;

vt quasi minutis prælijs vniuersum vitiorū agmen vicerit, ac profligarit, quod simul adoriri difficile fuisset ac periculosem. Ita cordis agro veluti noxio semine expurgato, paratior in dies mens erat ad suscipiendos cœlestes diuinæ gratiæ satus, vt facile credita semina in centuplum segetem cultori suo referret. Nec dissimili ratione cœteros informabat. Cum enim ex eo nobilis quidam eius per familiaris, qui Hieronymi exemplo & exhortatione oppresiam sceleribus conscientiam exonerare aggressus accurata & diligentia cōfessione collectum per multos annos peccatorum exitiale virus euomuerat; quereret diligenter quibusnam gradibus in posterū, certam salutis rationem inire, & illius vestigia posset insistere. Hoc vnum illi ingebat Hieronymus: Amice, si, peccatorum labores detersa, ea cordis puritas est in votis, quæ non indignè Christum Dominū excipiat hospitio a certum aliquod. & singulare vitium primò aggressus, eo satis idonea, te iudice, castigatione emendato; ad reliqua seorsim perge, & brevi recuperatam sanitatem experiere. Quod adeo salutare ad vitia perdomanda consiliū nō tam è terrenæ militiæ institutis peritum, vbi maxime distractis hostiū viribus, victoria queritur quam è Spiritu sancti schola haustum crediderim. Ita enim in Collationibus apud Cassianum, Abbatii Serapioni, aduersus animi pranates proclivitatesq; vitiorum pugnandum visum est; vt non cum vniuersis, sed cum singulis iisque inferioribus, & principibus certamen inea-

Collat. 51

cap. 24.

## 58 De vita Hieronymi Aemiliani

ineatur; quo/leioribus quasi pugnis, vniuersa  
facilius animo depellantur: Minutis enim pre-  
lijs quotidie debilitatum hostem, ad summam  
etiam belli totius, mox inualidum habebimus.  
Dignus plane Cassiani locus, qui totus hic in-  
teger adscribatur. Sic autem haber: Quamo-  
brem ita nobis aduersus hac arripienda sunt præ-  
lia, ut unusquisque vitium quo maxime infesta-  
tur, explorans, aduersus illud arripiat principa-  
le tertamen, omnem curam mentis, ac solicitu-  
dinem erga illius impugnatione obseruationeq;  
desigens, aduersus illud quotidiana ieiuniorum  
dirigens spicula, contra illud cunctis momentis  
cordis suspiria, crebraque gemitum tela con-  
torquens; aduersus illud vigiliarum labores,  
ac meditatione sui cordis impendens, indefinen-  
tes quoq; orationum ad Deum fletas fundens,  
& impugnationis sua extinctionem ab illo spe-  
cialiter ac iugiter poscens. Impossibile namque  
est de qualibet passione triupbum quempiam pro-  
movere, priusquam intellexerit industria, vel la-  
bore proprio victoriam certaminis semet obti-  
nere non posse; cum tamen, ut valeat emundari,  
neesse sit eum die noctuq; in omni cura, & soli-  
itudine permanere. Cumque se ab ea senserit  
absolutum, rufum latebras sui cordis simili in-  
tentione perlustraret, & excipiat sibi, quam inter  
reliquas prospicerit duriorem, atque aduersus  
et spiritualius omnia spiritus arma cōmoueat;  
& ita semper validioribus superatis, celerem de-  
siderii habebit, facilemq; victoriā; quia & mens  
triūporum processu redditur fortior, & insin-  
morum

morum pugna succedens, promptiorem ei prouerē-  
 tū faciet præliorum; ut fieri solet ab his, qui co-  
 ram regibus mudi huius omnigenis cōgredi be-  
 stiæ præmiorum contemplatione confueuerunt,  
 quod spectaculi genus vulgo Pancarpium nun-  
 cupatur. Hi, inquā, feras quascunq; fortiores ro-  
 bore, vel feritatis rabie conspexerint diriores,  
 aduersus eas primæ cōgressionis certamen arri-  
 piunt; quibus extinctis, reliquas, quæ minùs ter-  
 ribiles, minùsq; vehementes sunt, exitu faciliore  
 prosternunt. Ita & vitijs semper robustioribus  
 superatis, atq; infirmioribus succendentibus, pa-  
 rabitur nobis absq; ullo discrimine perfecta vi-  
 ctoria. Sed præter Cassianum Diuum etiam Ba-  
 siliūn, eius rei auctorem placet referre, cuius  
 verba in eandem sententiam ad Chilonem Mo-  
 nachum sunt: *Præstat enim paulatim proficere,*  
*& per gradus quodāmodo exercitationis ad al-*  
*tiora tendere. Ne subitò vitæ voluptates omnis*  
*abscinde, nè ab extremo ad extremum statim cō-*  
*mutatio fiat. Quia, si cumulatim omnes illicò abs-*  
*te illecebras absterrere velis, tentationū turbā*  
*tibi magnam creaveris. At si unam forte cœpe-*  
*ris per vim suparare, ad aliam vincendā, iam te*  
*quodāmodo prepara, ut sic omnes postea paula-*  
*tim extinguis.* Cæterū hæc aliaq; huiusmo-  
 di non Cassiani, aut Basilij, alteriusue scriptis,  
 quæ manu terere nondū didicerat, sed Spiritus  
 sancti institutioni accepta referēda sunt. In sen-  
 suī autē omniū, in lingue præsertim, & oculorū  
 custodia, totiusq; corporis, & habitus cōpositio-  
 ne adeò multis & emendatus; ut ipsa externa  
 pie-

60 *De Vita Hieronymi Aemiliiani*

pietatis specie omniū Cuiū ora oculosq; in se  
vnū defixos teneret; tantā morum emendationē  
& correctionem vitæ, vix ijs ipfis credentibus,  
qui eam oculis quotidie cernerent. Ceterū  
non fucatam, & adulterinam Hieronymi virtu-  
tem, sed veram & solidam stis extrema illa  
communi & peracerba sequentis anni calami-  
tate, quasi aurum coticula, comprobatum est.

*Miseris in magna annonæ caritate plura  
collata subsidia. Cap. XVI.*

1528 **A**nus appetebat eius saeculi vigesimus octa-  
vus, calamitatibus atque hominum fune-  
ribus foecundissimus & memorabilis; si quis-  
atius. Hic satis amplam charitatis & patientie-  
patetram; optatam & copiosam ærumnarum  
segetem; & uberrimum, quam antea, beneme-  
rendi de hominibus materiam Hieronymo ob-  
tulit. Laboratum enim eo anno tota ferè Gal-  
lia Cisalpina adeo & grauitet annorum caritate, ut  
nullus tantam aliquando se vidisse, aut audisse:  
rei frumentariae ceterarumq; frugum difficul-  
tatem testareur: quod malum ita brevi auctū  
est, quia soli sterilitate, quia bellorum difficul-  
tate, in agro præserim Mediolanensi ipfaque  
Insubrum principe Civitate; ut, suiente dira-  
fatne naturæ fastidii, cum nausea sordidos in-  
solentesque cibos rejcentis, consumptis tiba-  
ris, inimuntorum strages passim homines edide-  
rint; feles, canes, mures deuorant, aliaque  
rauita in incindissimas eptulas habuerint, que  
hu-

humanus itomachus per hori escere cōsueuit. E fertiliſſimo totius Inſubriæ agro de reliquis fa- ciliſ est coniectura; vt non leuiter dubitaretur à multis, ne fame Ciuitates illæ ciue exhaustæ, delerentur. Multo melius cùm Venetis, Præ- fectorum annonæ diligentia, agebatur, qui cō- munem egestatem certis indicijs præſagientes, ingentem vndique rei frumentariæ, cæterarumque frugum copiam pér annotinas naues ma- ture comportandam curarant. Sed eius abun- dantiæ fama per Ipſubrū Ciuitates euulgata, adeò breui omnium ordinum vndiq; multitu- dinem acciuit, vt ibi etiam durior in dies an- nona fieri, grauique fame Ciuitas vrgeri cœ- perit, eiuisq; non multo post commutata facies, misera species, flebilis aspectus extiterit. Ober- rabant ſiquidem antè omnium oculos miferorū greges, omnia mendicis, atque ægris latē compita obſeffa laborabāt, adulta iam hyeme, & ingrauelcente in dies egestate, algore & fa- me enectis: ora pallentia, corpora, quaſi horri- bili tabe consumpta, color exhaustus, fraſtæ vires ad vocem & eiulatum, nedūn ad inceſ- sum imbecillæ vultus animosque bonorū om- nium tristitia, & mœrore defixos tenebant; & vrgæns extremi tot miferorum casus expectatio omnium mentes ſolicitabat. Indoluit p̄r cæ- teris Hieronymus diræ calamitatis acerbita- tem, & innumerabilium penè egenorū fan- das clades intimo animi ſefu ingemuit, hæſitq; aliquā diū peracerbo dolore vehementer con- ſternatus. Sed magnanima illa ſua in proximos

cha-

charitate paulò post erectus , omnium egestatē animo complexus , de omnibus subleuandis , etiāsi domesticas omnes in eam rem opes ex-hauriri oporteret , cogitauit , reque ipsa cogitata perfecit : nām omnium calamitosorum cura magno animi ardore suscepta , eos domum adductos , omni charitatis officio recreatos , stippe auctos , veste etiam , si opus esset , ornatos dimittebat ; in compitis ac vijs iacentibus largè & copiosè sua pecunia subueniebat ; quocunq; iret , nemo inops occurrebat , in quem ille non fusè de sua misericordia deriuarer . Familias , quarum inopiam nobilis pudor aggrauabat , clām alendas sibi assūmebat . Cumque de tanta in pauperes benignitate admodum frequentes , & secundi manarent tota Ciuitate rumores ; egenorum turba ad Hieronymi aedes alimenta petitura , velut examen apūm , yndeçunque conuolabat : quos ille profusa & benefica in pauperes natura , exceptos , cibo reficiebat , veste tegebat , nummis etiam instruebat . Quæ indecessè pietatis officia , quotidiana nec interrupra benignitate , eò breui processerunt , vt deficiente censu , & excusla in pauperes crumenta ne ynuſ quidem illi superesset ad se ipsum aléduum nedum ad inopes subleuandos , niunmus . Sed tūm maxime cum nihil esset pietati relictum , impellecum est , quo pietatis ardore ferueret , & quo charitatis studio pauperū inopia subleuanda flagraret . Multa enim secum animo voluens id tandem cōsiliij cœpit , vt ornamenti domus , pretiosamque suppellestrem distrahe ret ,

ret, & quæ anteà parietibus domoq; exornan-  
 dis inferuerant, tūm feliciori consilio ad ani-  
 mæ ornamentum, pauperumque subsidium tra-  
 duceret; quò diutiùs christianæ pietatis fons  
 largissime flueret. Magna itaque bonorum di-  
 stractione facta, nec vilioris substanciæ, quin ve-  
 stium & indumentorum, pretiosiorisq; rei do-  
 mesticæ, & ingenti collecta pecunia, largius est  
 multorum necessitatibus prospectum; sole-  
 neq; illi exindè fuit nihil domi proprium, quā-  
 uis eximium aut necessarium, sed cuncta pau-  
 peribus possidere; eaque promiscuè, solius fra-  
 ternæ necessitatis habita ratione, emulgare.  
 Itaq; breui domūm suam nobili antè peristio-  
 mate, & delicata supellecili fulgentem, vniuer-  
 so ornamentorum apparatu denudatam, & va-  
 cuam, in Xenodochium propemodūm conuer-  
 tit; vulgò enim à miseris nullo discrimine eius  
 atria, porticus, interiora donus frequenta-  
 bantur; si qui etiam tecto carerent, hospitio ex-  
 cipiebantur; Ut nō minus in Hieronymum ca-  
 dere, quod de se S. Job affirmabat, mihi videar  
 tur: *Si negaui quod volebat pauperibus,* Job 31a  
*los Viduae expectare feci; Si comedi bucellā meā*  
*solus, & nō comedit pupillus ex ea: Qui a ab infā-  
 tia mea creuit mecum miseratio, & de utero ma-  
 tris meæ egressa est mecum. Si despexi prætereūtē,*  
*ed, quod nō habuerit indumentū, & absq; operi-  
 mēto pauperē. Si non benedixerunt mihi latera*  
*eius, & de velleribus ouiū mearū edefactus est.*  
*Hac inquā usurpare poterat, & misericordię la-*  
*ete se nutritū gloriari; qui adeò refusa pietatis*  
*visce-*

## 64 De Vita Hieronymi Amiliani

cibera gerebat; nihil ut sibi aliquam ficeret,  
 quo humanae quaque in egentes deriuaret sub-  
 dia, cumque pecunia, vel cibis ad manum no-  
 essent, diuenditare familiari, eorum inopiam  
 subdeuaret. Hac tanta Hieronymi charitate to-  
 ta urbe enitente, prouocata est multorum in-  
 pauperes misericordia, plurimis iniesus subue-  
 niendi ardor; reque ipsa maior deinceps fuit in  
 miseros ciuilecharitas, largior in egenos ero-  
 gata benignitas: excta haud dubie tam illustri  
 Hieronymi exemplo. Sed his non contenta fi-  
 stibus ad decumbentes, & occumbentes etiam  
 progressa est Hieronimi cura: ijs enim crebro  
 assidere, sedulo ministrare, solatio pariter &  
 auxilio effundebat; quos in lecto vis morbi  
 extingueret, hos supremam illam summae rei  
 clausulae, & mortales adhortationibus sa-  
 lutariam pietatis adiutoria, ardentissimis  
 verbis exhortabatur, atque, quod in extremo  
 illo certamine praefatio futuri esset, omittebat.  
 Verum ne cum supra quidem occumbentis  
 vita clausula tam spectata pietatis periodus clau-  
 desbat: ipsa etiam defunctorum cadavera om-  
 nis vita & sensus expertia, complexa. Cum enim  
 se & eos si denerisset, ut passimiacentes in co-  
 piis pauperes miserandum in modum expira-  
 rent, & non raro peritidas vias atque fora tri-  
 sci fuisse & inactuo sa spectaculo prostrata eorum  
 corpora, & quodcumque fames extinkisset, vel  
 hinc & hunc secesseret, asset hyems, sepulturæ  
 beneficio illa pietate intereret; hoc etiam ac tuam  
 pietate & caritatem Hieronymus arbitratus

dibus

diebus in viuorum ministeriū assumptis , in se-  
peliendis mortuorum corporibus noctes insu-  
dabat . Erat enim hoc illi frequentissimum per  
media intempestæ noctis silentia vicos Ciuita-  
tis obire , vt si quem extremo languore oppres-  
sum , & iam vita destitutum inuenisset , consue-  
ta charitatis officio , vel funus ei curaret , vel  
in humeros sublatum , quod saepissime faciebat ,  
ad sacra cœmeteria ipse deferret . Et quamuis  
tam insigne pietatis officium clam ille cuperet  
esse ; haud tamen diu celari potuit , fuitque tam  
egregium facinus etiam ab illius ætatis Orato-  
ribus celebratum ; quod suo loco dicemus . His  
ille misericordia operibus annum fermè totū  
transagit , magnamque pauperum turbam ,  
quoad nouis frugibus ditior annus copiam  
frumenti ubriorem suppeditare cœpit , aluit :  
vt hac tam benigna , & prolixa in pauperes na-  
tura fontes sibi diuinæ aperuisse clementiæ , tu-  
tamque manuuisse ad salutem viam planè vide-  
ri possit .

Lib. 4. c. 10.

Ioanne Petro Caraffa familiariter Utitur.  
Cap. XVII.

**A**Vitus est Hieronymus per id tempus alio  
non ignobili spiritalis vitæ magistro : is  
fuit Ioannes Petrus Caraffa , vir & doctrina-  
rum omnium insigni laude florens , & magnæ  
integritatis , pietati sque fama illustris , qui po-  
stea in Cardinalium Collegium à Paulo Tertio  
lectus , ciusque ordinis Princeps , Marcelli Se-  
cundi

cundi Pontificatum excipiēs Paulus IV. mutato de more nomine, appellari voluit: huius opera & cōfilio vtebatur assidue Hieronymus, eiq; tantum deferebat, nihil vt , eo inconsulto, moliretur ; vt ideo multa deinceps à Hieronymo sua sponte gesta Caraffę consilijs ascriberetur , quod suis infrà locis dicetur . Interim quis eo tempore Caraffa , & quæ illi occasio Venetijs commorandi , & consuetudinis cum Hieronymo ( paulo altius repetita rei narratione , sed sine fastidio ac molestia ) aperiendum . Datus fuerat Ioannes Petrus ab Iulio II. sub initium Pontificatus Theatinæ Ecclesiæ in Marsis Pontifex : & ad Archiepiscopatum Brundusinum Theatinensi longè opulentiorēm apud Clementem VII. à Carolo Cæsare postulabatur . Sed multò maiora in Dei gloriam; & animarum lu-  
cra animo moliens Caraffa, etiam Theatinensi Episcopatu se sponte exuit , Suminque Pontificis arbitrio liberè conferendum permisit: tūm lectis nocte probitatis, & nobilitatis aliquot so-  
cijs, ipso Clemente approbante , anno sui Pon-  
tificatus primo, eiusq; saceruli vigesimo quarto ,  
solemnioribus Religionis votis Romæ nuncupatis , Clericorum Regularium primus auctor  
exitit : quibuscum , exiguis ædibus ad Montem Pincium conductis , religiosam vitam du-  
cebat . Sed mox annus irruptione turbulentissimus externa vigesimus septimus est subsecu-  
tus : cùm Borbonij arma Romana Ciuitati superfusa , fœda populatione ac direptione si-  
mul vrbi, simul Religioni vastitatem intulere ,

vt, inter Romanæ Vrbis & sacrorum clades,  
 nulla forte maior, aut turpior numeretur. Erat  
 exercitus penè totus ex catholicæ fidei deserto-  
 ribus, & Pontificiæ sedis hostibus infensissimis  
 conflatus, quibus studium deseuire per lasciuia  
 in sacra, & ex Clericorum iniurijs, ac dehone-  
 stamentis voluptas; Vnde sacri homines statim  
 seu viatoriludibrium, & præcipua materies  
 infestissimæ crudelitatis: Roma in primis mi-  
 serante cum lachrymis, Ecclesiæ Catholicæ Pó-  
 tificem electum, & sua pulsam sede vicariam  
 illam veri numinis maiestatem; Ædes verò sa-  
 cræ, religiosorumque cœnobia militares in ca-  
 fas fœdo spectaculo concessere; Ibi manipula-  
 res nulla reverentia sacri soli, tanquam in ga-  
 neo, & fornice, alea, ventre, & omni reliqua  
 fœditate lasciuiebant; atq; adeò vniuersa, crue-  
 to rapacissimoq; milite summa cum sacrorum  
 iniuria, furente, & funestissimè populante,  
 fœdata direpta. At nè intrâ vilia quidem & exi-  
 gua tecta pauperes nouiq; religiosi, de quibus  
 agimus, fuere tuti; ad erogandam siquidem pe-  
 cuniam à direptore milite, compelluntur; idque  
 domestica egestate prohibente indignis, pro-  
 bris ac verberibus male accipiuntur, tenui &  
 vili supellestili expoliantur. Quare in tam mi-  
 serabili & extrema Vrbis clade, & rerum om-  
 nium direptione, sibi diutius Romæ subsisten-  
 dum non putarunt. Igitur Veneti Oratoris ab  
 Urbe discedentis benigitatem nacti, anni sub  
 exitum, cum eo Venetas commigrarunt, con-  
 ductisq; ædibus ad Sancti Nicolai Tolentina-

tis, anno ineunte vigesimo octauo, domicilium posuerunt; vbi fuit Caraffa ad annum ferè trigesimum sextum, quo à Paulo III. sui item Pontificatus anno tertio, Cardinalis honore inauguratus est. Ut primùm doctrinæ & pietatis nouorum Religiosorum fama latius per Vrbē manere cœpit multorum ad eos factus est concursus, multis religiosi instituti probata est disciplina, ardenter etiam expetita & suscepta: plurimorum ciuiū Patrum opera & studio castigatus vitae luxus & morum licentia; nec serò ista ad Hieronymi aures deferuntur, qui vt erat proborum studiosissimus, facile ad eos se confert, Caraffæque cōsuetudine maximè delectatus cœpit religiosas ædes frequentare; nec molestus erat Ioanni Petro creber Hieronymi accessus, nec inutilis Hieronymo; ille enim hominis nobilitatem tanto cum pietatis ardore coniunctam suspiciebat & admirabatur: Hieronymus vicissim in Caraffa vniuersa humanæ diuinæq; sapientiæ ornamenta cum summa vitae integritate, non sine admiratione vbiique commendabat ac prædicabat: multaque in animæ & salutis suæ commodum, spiritualisque profectus vberiorem fructum temperè cōgressu probatissimi hominis, hauriebat. Itaque venit illi in mentem ad sanctiora maioraq; pietatis studia informandum Ioāni Petro se tradere: quippe nihil in spiritualis vita progressu regēdarum animarum moderatore peritissimo antiquius habebat; qualis ei Caraffa videbatur, è cuius nutibus, veluti certo diuinæ voluntatis inter-

prete, totus penderet, seque & sua componeret  
vniuersa; propterea quod certa lege sibi indi-  
xerat iam pridem, nihil ut proprio statueret ar-  
bitrio, neque in rerum spiritalium vsu, suo fallaci  
sensu & inexperto vteretur ductore, ne hac vna  
via occultis dæmonum fraudibus facilis pate-  
ret aditus. Quod pium & prudens animi decre-  
tum adeò religiosè tota vita seruauit, vt ne pie-  
tatis quidè opera, inscio & in consulto conscié-  
tiæ moderatore, aggredetur: siue quod adeò  
illi in omnibus proprij sensus esset suspecta  
libertas: siue quod sciret, quò minus de nostro  
imperata res habet, eò cumulatiōri mercede,  
meritum obsequij compensari. Igitur, vel  
priore magistro destitutus, vel quod vtriusque  
operam perutilem sibi existimaret, è Caraffa  
quæsiuit, vt sese rerum spiritalium doctrina in-  
stituendum susciperet, de se, & de rebus suis,  
ex Dei gloria animaq; salute, liberè statuere  
vellet; id sibi per gratum fore. Non grauate  
prouinciam suscepit Caraffa, ex eo fertili solo  
vberem frugum copiam se breui collecturum  
(quod postea rei euentus comprobauit) conij-  
ciens; & quod liberaliter spoponderat, pari  
postea fide ac religione persoluit; Sæpius autem  
est inter eos de diuinis rebus, de proximorum  
salute procurāda, de corruptis eius ætatis mo-  
ribus sanandis, de nouo certoque vitæ genere  
deligendo; quibus frequentissimis colloquijs  
ad strenuè in vinea Domini laborādum, quoti-  
diè magis inflamabatur Hieronymus; nec con-  
temnendos in rerum spiritalium exercitatione

progressus ostendebat, quibus in dies eius spiritus pietasque Caraffæ amplius probabatur: nunquam tamen illum suo novo ordini adiungendum curauit; forte, quia, cōmunicato cū eo animi sui consilio, intelligeret hominem **ad alia omnino**, sed tamen Christianæ Reipublicæ proximorunque saluti perutilia, à Deo vocari, ac proinde, cūn eum maximi faceret, quotidieque ad pietatis progressum vrgeret; interiori tamen religione prohibebatur, nē ad ingressum recentis religionis illum solicitaret. **Quin etiam Caraffæ auspicijs & consilijs, Hieronymū ad pauperum derelictorum curam animum applicuisse adeò certa & constans eorum opinio fuit**, qui ab eodem Hieronymo in partem laboris socij lecti fuerant; vt anno ab eius obitu decimo, à Ioanne Petro Caraffa tum Cardinali, hoc vno maximè nomine, cum suo ordine Cōgregationis vniōnem postularint, quod scilicet eius auspicijs illorum operum essent fundamenta iacta, & quod ad eos Hieronymum ipse definasset; sed rē aliter se habuisse idem ipse Caraffa datis ad Caietanum Thienensem literis affirmat, qui totum hoc Hieronymi consilio & charitati ingenuè tribuit. Mirifice autem temporum progressu tanta illa Ioānis Petri, & Hieronymi animorum consensio voluntatumq; cōspiratio apud vtriusque ordinis alumnos processit velut à radice mutuæ charitatis vigor ad ramos transmissus; vt non minoribus benevolentiae vinculis hæ duæ familie modō vinciantur, quam ipsa ambarum Religionum capita fuerint.

fuerint amoris & charitatis necessitudine copulata. Qui verò primus Patrum Theatinorum locus à Hieronymo Venetijs est frequentatus, is posteà nostris vsui & commodo maxime fuit. Nam ad eius Seminarij administrationem, quod Ioannes Triunianus Patriarcha, magno sanè Venetæ Ecclesiæ non solum orname<sup>t</sup>o, sed fructu excitauerat, Patribus nobis ab eodem Veneto Patriarcha vocatis, ad idque amplissimis ædibus apud Sancti Hieremij conductis, vbi annos ferme viginti eoque amplius Seminarium substitit, nullum interim nostris erat publicæ Ecclesiæ, nullum religiosæ sepulturæ ius, sed doméstico Sacello ad quotidiana & priuata sacrificia vtebamur. Itaque è Patribus per id tempus, qui decessissent ad Sancti Nicolai Patrum Theatinorum religioso funere efferebantur; vbi, lōgo linteatorum Patrum ordine cantu, & funeralibus occurrente, per hono- rificè excepti, sacrificque Ecclesiæ precibus & cœremonijs expiati, intrâ domesticum cemeterium, eodem sacro vestium & luminum appa- ratu cantuque comitante, condebantur. Ut quasi iam tum videretur Hieronymus filijs deinceps in societate procreādis, sepulturæ locū indicare, & viam aperire commodissimum sanè locum; ut ijdem vita defuncti apud eos conquiescerent, quibuscum animorum summa coniunctione concordissime vixerant. Sed de Carassa non semel mentio redibit.

progressus ostendebat, quibus in dies eius spiritus pietasque Caraffæ amplius probabatur: nunquam tamen illum suo novo ordini adiungendum curauit; forte, quia, comunicato cum eo animi sui consilio, intelligeret hominem ~~ad alia omnino~~, sed tamen Christianæ Reipublicæ proximorumque saluti perutilia, à Deo vocari, ac proinde, cum eum maximi ficeret, quotidieque ad pietatis progressum urgeret; interiori tamen religione prohibebatur, ne ad ingressum recentis religionis illum solicitaret. Quin etiam Caraffæ auspicijs & consilijs, Hieronymū ad pauperum derelictorum curam animum applicuisse adeò certa & constans eorum opinio fuit, qui ab eodem Hieronymo in partem laboris socij lecti fuerant; ut anno ab eius obitu decimo, à Ioanne Petro Caraffa tum Cardinali, hoc uno maximè nomine, cum suo ordine Congregationis vunionem postularint, quod scilicet eius auspicijs illorum operum essent fundamenta iacta, & quod ad eos Hieronymum ipse destinasset; sed rē aliter se habuisse idem ipse Caraffa datis ad Caietanum Thienensem literis affirmat, qui totum hoc Hieronymi consilio & charitati ingenuè tribuit. Mirificè autem temporum progressu tanta illa Ioānis Petri, & Hieronymi animorum consensio voluntatumq; cōspiratio apud vtriusque ordinis alumnos processit velut à radice mutuè charitatis vigor ad ramos transmissus; ut non minoribus benevolentiarum vinculis hæ duæ familiæ modo vinciantur, quam ipsa ambarum Religionum capita fuerint.

fuerint amoris & charitatis necessitudine copulata. Qui verò primus Patrum Theatinorum locus à Hieronymo Venetijs est frequentatus, is posteà nostris vsui & commodo maximè fuit. Nam ad eius Seminarij administrationem, quod Ioannes Triuisanus Patriarcha, magno sanè Venetæ Ecclesiæ non solum ornamento, sed fructu excitanerat, Patribus nobis ab eodem Veneto Patriarcha vocatis, ad idque amplissimis ædibus apud Sancti Hieremij conductis, vbi annos ferme viginti eoque amplius Seminarium substitit, nullum interim nostris erat publicæ Ecclesiæ, nullum religiosæ sepulturæ ius, sed domestico Sacello ad quotidiana & priuata sacrificia vtebamur. Itaque è Patribus per id tempus, qui decessissent ad Sancti Nicolai Patrum Theatinorum religioso funere efferebantur; vbi, lōgo linteatorum Patrum ordine cantu, & funeralibus occurrente, per honoriſſicē excepti, sacrisque Ecclesiæ precibus & ceremonijs expiati, intrâ domesticum cemeterium, eodem sacro vestium & luminum apparatus cantuque comitante, condebantur. Ut quasi iam tum videretur Hieronymus filijs deinceps in societate procreādis, sepulturæ locū indicare, & viam aperire commodissimum sanè locum; ut ijdem vita defuncti apud eos conquiescerent, quibuscum animorum summa coniunctione concordissimè vixerant. Sed de Caraffa non semel mentio redibit.

*E graui morbo desperata salute  
conualeſcit.*

*Cap. X VIII.*

**N**equè solūm effusa bonorū largitione , sed  
grauissimi etiam morbi molestijs , & su-  
premo vitæ discriminē explorata est Hierony-  
mi virtus & constantia ; siquidem diram famis  
calamitatēm popularis quædam lues est conse-  
cuta. Morbi genus id erat , quod febri non in-  
termittente , & accessionibus per interualla in-  
crebescente , per aliquot dies , ægri corpore  
pertentato , mox illud varijs colorum maculis  
amethystinis , rubris , & murinis , haud dubio  
vicinæ mortis argumento , conspergebat ( huius-  
modi maculæ ab antiquioribus medicis papulæ  
nuncupantur , seu morbilli ) Cùm verò mali cō-  
tagio latius serperet , & nihilò verò segnius pie-  
tatis opera exerqueretur Hieronymus : eadem  
infirmitate correptus , lecto decumbere est co-  
actus. Morbi vim ut sensit , ad animæ curationē  
se primò conuertit , & expiatis peccatorum ma-  
culis , sacro pane refici voluit ; tūm Deo ritè cō-  
positus , seque ipsum impensè illi commendās ,  
de corporis infirmitate perinde solicitus fuit ,  
ac si ad eum nulla ratione pertineret ; ità Deo  
hærenti cœlestia præ terrenis erant in votis . Te-  
nuit hominem aliquot dies morbus , cumque se  
febris perpetuò intenderet ; ità inualuit , ut iam  
maculæ illæ supremi discriminis indices toto

corpore cerneretur, eò perniciosiores quò maiori nigredine, inficiebantur, vt eius saluti & curationi medici planè diffideret. Grauior tamen quædam animi, quam corporis molestia Hieronymum torquebat, hinc spe, metu illinc languentis animum ancipiti cura distrahente, subinde latior, tristis interdum, ac mœrens cernebatur; nám, cœlestium bonorum spe in hominis animo nōnunquam largius sese effundente, secum ipse magna cum voluptate reputabat, nūm compediaria ista via sese Deus vellit ad amæna Paradisi his emissum vinculis cuo care; eaque æternæ beatitudinis expectatione, tantis voluptatibus perfundebatur, vt è vultu ipso, licet vicinæ mortis appulsi, & morbi tabe confecto, manifesta tamen emicarent intimæ delectationis & latitiz argumenta. Sed mox inanem gestientis & exultantis animi sensum sanior illa corrigebat, penitusque comprimebat plena timoris cogitatio; quæ nondum Cœlo maturum hominem monebat, qui adeò longo tempore sceleribus fœdatus, & toties infernum ignem commeritus, nondum tamen longo aliquo, & asperiore pœnitentiæ exercitio, & charitatis officijs expiatus, superiora criminæ redemisset; abhorreto hoc à diuina lege, esse admodum à suis culpis alienum. Itaque, talibus curis in diversa trahentibus, anceps, ac dubius mutabat animus, & extremo corporis langore, conflictatus, acerbiore etiæ æternæ salutis metu discriuebatur, veritus, nè, pœnitentiæ spatio intempesta morte præcepto, vel de rerum sum-

ma

ma periclitaretur , vel certè longè diuturniora  
& acerbiora illum manerent post obitum sup-  
plicia preferenda . Inter hæc sacramentorum  
vñu conscientiam repurgat , animum præpa-  
rat , riteque ad extremum illud certamen inun-  
ctus supremam iam expectat horam . Cùm  
tandem gaudio & timore paulum abire iussis ,  
se totum diuinæ voluntati permittit , & in pre-  
ces effusus , Deum enixè rogat , vt , si è sua salute  
diuniq; numinis honore foret , siue præsens vi-  
tae interitus ad suorum scelerum vindictam , siue  
longior lucis vñsura ad asperiora pœnitentiæ stu-  
dia , & ea executioni mandanda , quæ in proximorum  
salutem tandiù , nō sine illius instinctu ,  
animo agitaret ; supremus ipse , & æquissimus  
vitæ arbiter pro sua clemētia ancipitem futuri  
casus euētum moderetur ; se omnino diuinæ vo-  
luntati libentissimè cessurum , & , quocunq; vo-  
caret , secuturum . Gratissimæ Deo fuere pre-  
ces , cùm pœnitentiæ ardore , tñm diuinæ vo-  
luntati obsequendi studio . Exinde enim melius  
factum est laboranti ; vt reuelatus morbo , & le-  
to surgere , & suis niti pedibus iam posset ; citif-  
simèque ex ea infirmitate medicis admiranti-  
bus emersit , & idoneis auctus viribus , integer  
restitutus est suis : vt miraculo par visum sit ho-  
minem medicorum iudicio depositum conua-  
luisse tam citò . At verò licet æternæ quietis gau-  
dia peroptaret : eam tamen dilationem tulit  
non inuitus ; maximoque in lucro posuit , quod  
diceret , sacrificium suæ vitæ , pœnitentiæ sibi  
lachrymis , & asperitatum incommodis per ali-  
quot .

quot etiam annos expiandum , & proximorum  
ſaluti consulendum . Quippe tam insigni vitæ  
diuinitus prorogatæ beneficio hæc ſibi diuino  
nutu imponi plane intellexit . Quare illud fir-  
mum certumq; ſtatuit eam totam , quam vnius  
Dei præſenti ope ac miraculo haberet , vitam ,  
diuinæ gloriæ , pœnitentiæ ſtudijs , proximo-  
rumque ſaluti consecrare , idque multò etiam  
præſtitit , copioſius , quam promiſt .

*Finis Libri Primi.*



DE





DE VITA  
**HIERONYMI**  
 ÆMILIANI  
 Congregationis Somaschæ  
 fundatoris.  
 LIBER SECUNDVS.

*Hieronymi deliberatio de noua Vitæ  
 ratione instituenda.*

*Cap. I.*

**N**ALETVDINE iam confirmata, ad pristina pietatis officia, pœnitentiæque labores se confert; eoque ardentius in huiusmodi curas incumbit; quo recenti & proprio exemplo extremam ægrorum indigentiam didicerat, & diuinam clementiam ac bonitatem in se ipsum fuerat expertus. Verum, multis diebus hisce munericibus absuntis, meliorum ille æmulator charismatum, haud sibi satisfaciebat; quippe,

progrediente die , nouo semper se pietatis studio excitari , ardentiore in Deum , & proximos amore incendi, ad maiora rapi sentiebat: quod excelsi animi flamma cœlesti igne succensa humili loco hærere non posset . Consilium itaque cœpit à cupiditate immortalis & æternæ gloriæ excelsum planè , & homine terrenis rebus superiore dignum , vt ab se opibus omnibus abdicatis , senatoria toga , nobilitatisque insignibus reiectis , & Reipub. dignitatibus penitus contemptis , liberiore voce tandem abiectum illud & humile vitæ genus , quod animo conceperat , profiteretur , vitamquæ omnem perpetuò operum charitatis ministerio , publicè denoueret . Cæterùm deliberationem hanc de priuatæ , & abiectissimæ vitæ ratione seriò ingressus , spiritu cùm carne luctante , satis arduam contrariantis sensus & reluctantis naturæ pugnam est expertus . Quæ contrà facere maximè videbantur , erant , nepotum cura , familiae splendor , Reipub. pietas . Nepotum res , & familiae decus negligere , inhumanum ; Rempub. deferere impium videbatur . Verum Nepotum negotia minus Hieronymum morabantur , quando illorum maior natu & rem familiarē curare , & rebus suis tutò per ætatem præesse posse videretur Sed , eo enauigato scopulo , difficiliorem omnino exitum è mundi Reipublicæque honoribus est natus , mirificè hominis animum torquentे amore Patriæ . Est enim peculiare Venetis à natura insitum , adeò propensis & conspirantibus animorum studijs publicam rem diligere ;

ut ceteris nationibus amore & pietate in Patriā longissimè antecellere putentur . Eam verò multò impensiū adāmabat Hieronymus, quòd cum ill ius causa extrema adisset pericula ; mutuam gratitudinis significationem abse desiderari Respublica nō permitteret, in qua præstas ac nobilis Senator haberetur & apud Ciuitatē vniuersam admodū gratus esset, & in qua tādem summa prudentia, multiplex rerū usus, vītæ grauitas, & morum probitas expeditum illi ad amplissimos honores cursus , nisi per eum stetisset, ostentarent . Quare in vtramque partem , ità multa eademque grauissima succurrebant suadentia nouum vitæ institutum , atque dissuadentia ; vt difficilis admodū , & perobscura existeret tantæ ræi deliberatio : cumque s̄esus humanus & diuina pietas ex æquo fere in eius decertarent pectore , nō sumpto cibo, non data oculis quiete , dies aliquot illo curarum æstu, quasi cogitationum confictu, & vicisitudine inter anticipites hinc indè fluctuantis animi, & incerti propensiones magna cùm perturbatione est iactatus: reque ipsa didicit quam difficilis & laboriosus sit egregius rerum humānarum contemptus, & quam ægrè sensus ab his auellatur , quæ semel impensè dilexit . Inter hæc s̄apè animo æstuare, nunc algere, modò diuinio amore incensus ad castra spiritalis militiæ aspirare , nunc honorum & nobiliaris vitæ splendore , alijsque sensuum blandimentis ab ea mente reuocari & deterreri donec hisce cogitationibus secum diu luctatus puriorem

hausit

hausit dinini luminis radium, seque ad sanctiora consilia, & perpetua pietatis officia, acriori, quam antea, impulsu ferri persensit: iamque caduca omnia fastidiens, ac moræ omnissimpatiens sibimet indignari, hisque ferè dictis non sine lachrymis seipsum acrius vrgere, grauiterque obiurgare cœpit. Quid agimus anima? quid expectamus? cur acceptam à Domino vitani, non eidem reddimus? cur promissa non soluimus? quid tanto amore vanitatem settamur? Quid tandem est in his rebus tam præclarum, aut sublime, quod nos à cœlestium amore possit abducere? an gloriæ splendor ac dignitas? quę tandem hec gloria? cuius causa præhensandum quotidiè ac diligenter? supplicandū omnibus? multorum suscipienda inimicitię? & ab fluctuanti atq; incerto multitudinis iudicio pendendum? quantō sanè melius est diuinā clementiā assiduis orationū precibus præhensare æternū beatitudinis decus ambire diuinæ glorię, quam priuatę studere? At Republicę pietas vrget atqui satis illi operę præstitū, satis laboribus & periculis mortali huic patrię factū; cur modò prò æterna non laborandum? an Patrię, quę me mortalem genuit, summa erit apud me ratio; illius verò, quę me immortalem expectat, nulla? ad illustrandum nè familię nomen, magnos in Repub. honores consecrari libet? at satis maiorum bene rebus gestis nobilitatam stirpis memoriā cernimus; illustrioraque, cum volet Deus, feret posteritas: cur Euāngelicam nobilitatem Cœlo planè dignam, vnicè Deo caram

caram & dilectam non conquerimus ? cur non immortalē nominis famam apud Deum secta-  
musr falsa hæc, fluxaq; bona plurimum apud me valebunt, æterna illa & vera minimum ? cœlestia  
præ terrenis , diuina præhumanis contemnam ?  
quæ schola, quæ religio docuit præferre pulue-  
rem Cœlo , homines Deo ? an cùm Reipublicæ  
Principem & vegetem vitæ partem impendero,  
cùm reni familiar em auxero, cùm prædia loca-  
uero, cùm humana omnia procurauero : tūm  
ambitionis occupationem perosus , si quid su-  
pererit otij , me ad Dei cultum , animæq; pro-  
curationem conuertam ? Hominum non Deo,  
sed sibi seruientium , ista sunt . Pereat hic om-  
nis amor, vt viuat cœlestis . Quid enim saluta-  
rius, quid prudentius fieri potest, quam, spretis  
labentibus & caducis , cœlestia & æterna conse-  
ctari ? Aude Hieronyme , Deum vocantem se-  
quere . Dum hæc , & huiusmodi multa intenta  
mentis contentionc, & cogitationum conflixtu,  
secum ipse loquitur ; præsentem, & manifestam  
expertus est superni numinis vim; ardentissimè  
enī cœpit diuini amoris æstu torri hominis,  
peccus ; vt ebullire & colliquefieri ; nec diutius  
posse ardoris flamمام ferre videretur ; & ad  
nouum de cœlo lumen, ita se totum sensit diuina  
virtute in virum alterum sésim cōmutatum ;  
vt eundem se esse planè negaret . Quare de-  
pulsis ex animo rerum humanarum affectioni-  
bus, discussa sensuum & cœcæ mentis tetræ pæ-  
ligine , diuinæ gratiæ stimulis diutius oblucta-  
ri non potuit , sed excitanti vrgentiq; Deo ma-

82: *De Vita Hieronymi Aemiliani*

nus dare cōpulsus est. Igitur ad Christi pēdentis effigiem supplex stratus, calenti lachrymarum imbre irrorato solo , crebrisque gemitibus , & suspirijs imis pectoribus eductis, euocatisque ardenter inopem superis : seipsum suaque omnia, tota anima,toto corde,ac voluntate,ardētissimē Deo consecrat; abdicatis opibus & honoribus, perpetuo pauperum ministerio in vili abiectoque habitu se addicit ; pro tam insigni diuinitus immis̄e vocationis beneficio,imo pēctore gratias agit,vt par est; voluntati vires sufficere, suæque gratiæ præsidio, in tam sancto & firmo proposito perpetuò tueri vellet, enixè deprecatur . Ab oratione digressus Nepotem natū maximum aduocat , ardēti cohōrtatione ad ea , quæ Christiani hominis & integerrimi Senatoris sunt,inflammāt ; vt tandem rerum suarum procurationem suscipiat,admonet: dati & accepti rationes , præteritæque administratio- nis diligentissimē reddit : quanta fide res eius procurarit , quanta cura auxerit , nullo ad se deriuato emolumento, ostendit; vt eadem tamquam villicus fidelis,& dispensator à Domino constitutus,integrè curare perget, hortatur : se ad maiora à Domino vocatum , haud diutiū posse talium rerum occupationibus distineri . Nondum , quid consilij subesset , intellexerat Nepos; oboris tamen lachrymis, Hieronymū enixè rogat; vt in suscepta rerum suarum pro- curatione , reique familiaris administratione pergeret , neuè amplissimos Reipub. honores magno cum familiæ detrimento abiceret . Cum  
inten-

interim hominem intuetur, quæ suboscurè verbis indicarat, palam factis explicatè, nouoq; & insolenti vestiū genere, qualis internus esset animi habitus, præferentem: **Veste oblonga**, manicis infrà cubitū admodum laxis, strictiorib; ad manus vtitur Veneta nobilitas, eaque cōtuni vſu nigri coloris; nisi vel maiores Reipub. dignitates, vel solemniores Senatorum cōcursus purpuram poscant, eiusdemque coloris in læuum humerum reiecta stola: hæc suæ nobilitatis insignia ab se tandem reiecit, perpetuoq; ablegauit Hieronymus: nobiliores etiam quascūque internas vestes ad intimam vſque subuculā sibi detraxit & veluti à Domino haec tenus commodatas eidem libentissimè reddidit, earum loco vilem & pannosum habitum domi forte repertum in vſum pauperis cuiuspiam anteà comparatum induit, crassiores calceos, quibus rustici vtuntur (perones vocant) adhibet, nec nobiliori pallio humeros tegit. Intuebatur hæc Nepos merore & admiratione defixus: intuebantur domestici animo, & cogitatione suspensi, manantibus interim ex omnium oculis vbertim lachrymis. Sed carnem aut sanguinem non respexit nouus Christi miles; Verum nobilioribus & hucusq; insolitis spiritualis militiae armis munitus, qui proprium sensum iam subegerat, cum mundo ipso quamprimum sibi congregiendū statuit. Quamobrem vel quā constanter & ex animo ad Christum defecisset, in mundoque bellum indixisset, declaratus, vel paupertatem humanarumque rerum despicien-

Anno 21<sup>st</sup>  
tis sae 48

## 84 De vita Hieronymi Aemiliani

tiam iamdiu animo retentam palam professus, ne salutatis quidem domesticis, statim pauperrimus & peronatus domo egreditur nobiliora Ciuitatis templo adit, seque nouis euangelicæ paupertatis insignibus ornatum; spectandum præbet. Non minus gratum Deo, & Angelis, quam hominibus admirabile spectaculum fuit. Mirum est, quam vehementer vniuersam Ciuitatem permouerit insolens vitæ ratio, & noua vitæ conditio: multis, ut fit, hominem risu & iocis excipientibus: alijs, quibus pridem Hieronymi pietas non ignota erat eiusdem religionem & animi demissionem admirantibus: quamplurimis rei admirandæ nouitate attonitis, ex ipso facti euentu tam inusitatæ mutationis iudicium expectantibus. Sed ille rumores ac suspiciones hominum neutquam veritus, vni diuinæ voci eorū suum alloquenti, omnino parendum, & in quamcunque vocaret partem, perpetuò obtenerandum statuit.

### Eius Vocatio ad pauperum derelictorum curam.

#### Cap. II.

**S**E D eo iam suscepto consilio, & quasi totius consequentis vitæ fundamento iacto, vt ex nobili illo, & illustri rerum humanarum fastigio, non ad æqualem modum cum cæteris, verum ad infinitam vitæ conditionem, & optatos Euangelicæ paupertatis amplexus descendenter: unum illuc supererat, vt qui se infirmis

mis pauperum ministerijs, eorumque saluti de-  
uoisiſet, è tot charitatis officijs varijsque exer-  
citiorum generibus, quòd potissimum ample-  
cteteretur, decerneret; qua in consultatione ali-  
quantum hæſit, quòd ad omnia charitatis mu-  
nera æquè ſe paratum, atque animatum cerne-  
ret: non illi animus ad discriminā ſubeunda,  
non vires ad perferendos labores deerant; ſed  
quid magis è diuina glotia, proximorumque  
ſalutē eſſet, ignorabat. Quare flagrantissimus  
omni ratione probandi ſe Deo, vniuersumque  
vitæ fuæ curſum ad vnam eius voluntatem, re-  
ctissimam benefactorum regulam, dirigeſdi, dies  
noctesq; ſupplex illum precabatur, ſibi ut illu-  
ceſſeret, eque tot ad ſalutem ſemitis, cui poti-  
ſimum ſe vellet inſiſtere, commoſtraret: neque  
multò poſt in hac re defuit homini diuinæ vo-  
luntatis ſenſum cognoscendi expedita ratio. E  
præteritis recentis annonæ anguſtijs, & cibo-  
rum indigentia tetragrauiſque lues exorta, &  
per ciuium capita vagata, adeò ingenti fune-  
rum ſtrage urbem vniuersam fædum in modum  
deformarat, ut refertiſſima puerorum agmina,  
parentibus orbata, internæ, exterñæque institu-  
tionis cultura deſtituta, extremæ mendicitati,  
& vitiiorum omniparitatem exposita, paſſim  
occurrerent; acerbiſſane & initerabili ſpecta-  
culo. Pupugit vehementer hominis peccati mi-  
ſerorum caſus, inſpectaq; ſaipiùs orborum fo-  
litudo & egeſtas in remedij cogitationē traxit;  
ac dum quotidie precibus diuinæ voluntatis  
decretum explorat, ardentius ſentit plane eam

86 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

sibi mentem inter orandum dari, quę ad horum subleuādam inopiam, & morum institutionem suscipiēdam, illum inflammet ac rapiat; & qui-dem tām effusa benevolentia tanto voluntatis impetu, vt, siue cibum, siue somnum caperet, ab hac vna cogitatione animum abducere nō posset. Quare in dies noqi operis desiderio sese in ipso orationis ferore ardentius intendente, diuinæ vocantis gratiæ impulsu persensit, to-toque pectore admisit, ac veluti tutor & pater misericordie à Deo datus, non amplius sanctæ charitatis opus differre est ausus. Itaq; fractis iam vitiis verecundiæ repagulis, & inani pudore deposito, operi manū celeriter admouit, & tūm prima Venetijs orborū institutionis (quos nautuata à Grēcis voce orphanos vulgus appellat) iecit initia, in quo opere subinde multis Italiae locis promouendo, magno cum animarum fructu, & Ciuitatum commodo ad extremum usque spiritum strenuè decertauit vir egregius: & quæ ab eo posteà emanauit humilis hæc Religio nostra Somaschenis, idem tuetur institutum, & vbique pro viribus vrget: quod certe quām commodum Reipublicæ, Deoque gratu acciderit, fusè suo reponemus loco. Nunc piū Hieronymi conatum, sanctaque charitatis officia in tām laudabili pauperum institutione prosequamur.

Codd.

Collectis Orphanis certa domus assignata,  
et perscripta viuendi ratio.

Cap. III.

**A**C' primùm , ad sedulam huius miseræ deſtitutæq; ſobolis institutionem inchoan-  
dam, ædes ſunt ab Hieronymo cōductæ ad Di-  
ui Rocchi iuſtore fanum : omni deinde instru-  
mento & ſupellec̄tili , quæ ad domesticam ha-  
bitationē viui eſſe poſſet , & paupertati reſpon-  
deret , ornatæ: tūm collecta vndique ē triuijs ,  
& plateis ingens orborum manus , in paratas  
ædes deducta ; poſtemò mercede accīti opifi-  
ces , qui ſedentarijs artibus pueros instruerent ,  
quibus ſc̄licet & præſentem leuarent aliqua ex  
parte egeſtatem , & honestè aliquando viūta-  
rent ipſi , & , cūm neceſſitas poſceret , familiam  
etiam alerent : ad colligendam autem ſtipem ,  
ſi poſſet neminem pro rorſus dilabi patiebatur ;  
quippè ſanis ac benè valētibus viātū ſibi pre-  
cario parare , niſi christiana humilitate , vel  
Religionis instituto , aut neceſſitate impellente  
fieret , turpe ducebat , & iu honeſtum . Et quidem  
ijs , qui , robusto cūm ſint corpore & validis la-  
certis , languori & ignauia ita ſe dedunt , quod-  
niſi ut malint , quām manu & honeſto labore ſua  
ſibi vnde viuant , quārere , veteri quodam Græ-  
corum verfu iubemur panē dare , ſed quaſi pro  
obſonio , iu ſuper pugnum impingere ; ſit ſanc-  
trumq; illud quidem , quia homini panem rou-  
ganti negare vix hominis videetur ; hoc autem

vt discant ab illa sc̄da parandi victus ratione, abstinere, & intelligent se bonis omnibus merito inuisos esse, qui per pudendam ignauiam ab alijs queritāt, quod laudabili industria sibi parare queunt. Inerti igitur, & desidiosæ mendicitati nolebat Hieronymus teneram ætatem assuescere, sed opificio instare, illud identidem ingeminans: qui non laborat, non manducat. Sed exigua adeò è puerorum opera redibāt lucra, vt tām numero gregi alendo, longo interūllo satis esse non possent. Itaque tota alendę familię cura & procurationis moles vni Hieronymo nitebatur, cuius erat & orborum tueri vitam, & conductarum ædium, ac magistrorum pensitare mercedem; neque verò ille in tanto puerorum numero, ac tāta annonę caritate sua illa accensa in Deum fiducia præsentem extimescebat inopiam, quam diuina liberalitate, citò subleuandam non dubitabat, quod breui deinde comprobauit euentus. Sed inter hæc multò impensiùs desudabat in puerorum animis christiana pietate excolendis, eaque altius hærebat animo cura; quòd cùm vnā cum patris pauperum nomine, onus etiam periculi plenum in se suscepisset, ex christianę legis institutis eorum mores fingendi, non rarò mente versabat, quam carò stetisset Heli Sacerdoti honestā liberorum disciplinam neglexisse. Quare, nullis adhuc certis legibus ad eam rem constitutis, non negligenter tamen regebantur pueri. Primo mane somno expergefactos vnā omnes inter vestiendum precationem dominicam & sa-  
luta-

lutationem Angelicani, Symbolum fidei, & alia  
piè ab ipso meditata elata voce recitare iube-  
bat; tūm persolutis de more precationibus, sa-  
cro intererant attentissimè; à sacro deinde ad  
opificia discedebant. Nequè verò, dum operi  
manus intēta vacat, vagatur animus inanibus  
cogitationibus, aut in leues soluitur lingua cō-  
fabulationes; sed in dicta violati silentij multa  
linguam cohibet, & sacra lectio, vel pia cohori-  
tatio mentem salubriter occupat; post inter  
opificia səpè Celitum suffragia nominatim im-  
plorare, & sacros Hymnos ac Psalmos non sine  
cantu recitare, Celi terræque Reginam, & Ma-  
tré misericordiæ præscripta è formula cantuq;  
inuocare, nonnunquam etiam, alternantibus  
choris, sacram eiusdem Virginis Rosariam mo-  
dulationem concinere, facto initio ab oratione  
Dominica, quā & primo loco, &, absoluta quaq;  
decade, omnes simul alta voce decantabant, &  
tota pentacontide decursa, Litanias Beatæ Vir-  
ginis addere; vt domus tota psallentium voci-  
bus iucundissimè personaret, non sine magna  
pretareuntium lætitia, & pietate. Tum bis in  
die serò, opificio dimisso, & manè, nonnunquam ini-  
to, de christianæ legis præceptis, catholicæque  
fidei capitibus erudiebantur; deinde literarum  
elementa apicesque cognoscere, syllabas nocte-  
re, & verba rite percurrere edocebatur, sua vo-  
ce Hieronymus eos səpè ad virtutem formabat  
& excolebat; procul inde oranis profana garru-  
litas nullus fermè nisi de pierate sermo, quod in  
generis animulis multum erat. Mensæ accubit  
turi;

tari, dum manus aqua mundant, quinquagesimum Psalmum alta voce reddunt, eorum animis solatij aliquid, & indulgentiae benè precantes, qui apud inferos vita maculas piacularis ignis ardoribus expurgant; idemque pietatis officium erga defunctos & vesperi cœnaturi, & à cena cubitum discessuri persoluebant. Puerorum lectus erat culcitrula palea, vel stramine, farta, linteamina, si quæ suppetarent, è crassiori aliqua materia rudia & aspera, nec lodicula nobilior; mensa item pertenuis, eaq; fere gratuita piorum misericordia instructa. Singulo quoque mense, nec non solemnioribus Christi Domini, Beatæque Virginis ferijs volebat eos de peccatis confiteri; albati prodibant omnes: vestes è tela non nihil genua excedentes, vt externus ille vestium nitor internum innocentium, puerorum referre candorem videretur: singulis etiam & fertum globulorum ad orandum, beatamque Virginem salutandam, & sudariolum de cingulo pendebat. Atque hæc erant fere instituta, quibus pia loca id temporis, tanquam legibus, temperabat Hieronymus. Sed illud apud Ciues commédationis plurimum habuit, & admirationis, cum festis diebus, quos totos religioso cultui dicatos volebat, veluti suppliacione indicta, sanctissimi Crucifixi signo salutari redemptionis nostræ tropheo preeunte, logo ordine pueri Beatorum patrocinia nominatim depositentes, & sacrarum precium carmina cōcinentes, in publicum procedebant, plateas, foras, celebrioraque Ciuitatis loca obeuntes. Ad sacras

sacras ædes vbi ventum erat; ibi mora aliqua supplicando ducta, repetebatur cantus, & intermissum iter; sacræ rei, & concioni, vbi Hiero mymo v:sum esset, magna cū pietate intereant. Quām iucundum & suaue præbuerit ea res Ciuitati spectaculum, non facile oratione consequi quean: comitabatur pium agmen ingens populi multitudo admirabunda, quæ ad inuisitatem rei spectaculum conuolarat; occurrebant omnes vndiq; vicatim visendi gratia nobiliores Cives noyo rei aspectu suspensi; & quidem tanto omnium cum dietatis voluptatisque sensu, vt cōplures præ gaudio à lachrymis sibi nō temperarent: alij cantus suauitate, simulque puerorum pietate illecti, ad nomina Cœlitū deuotè responderent. Sed nihil stquæ Venetorum animos cōmóuit, ac vnuis Hieronymi aspectus, qui plebeio in amictu nouum agmen comitabatur, & in officio, si quid accideret, continebat, admirabili sane christianæ humilitatis, & charitatis exēplo. Quod non satis pro dignitate admirari & cōmendare se posse videbantur, qui paulò antè Reipublicæ Senatorem bello, & pace longè clarissimum intuiti, modò nouo, & insolenti illius æui exemplo, titulos & fastum cum humili abiectione, opes & facultates cum euangelica inopia, purpuram, & trabeas cum attrita laceraque ueste commutasse cernebant. Sed humanæ ille salutis, quām laudis studiosior nihil, quod diuinæ gloriæ cōmodum, homini busq; salutare foret, aut sua ab uestate alienū, aut persona abhorrens ducebatur. Ingentes motus fecit

92 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

fecit ea res in Ciuium animis, multorumq; languentia pectora ad pietatem excitauit & incendit. Hoc illustri pietatis exemplo s̄pius repetito , adeo secunda totius Ciuitatis admirur mutatione noui operis institutio est celebrata ; vt inusitatæ rei fama exciti complures cunctis ex ordinibus , ad pauperum domicilium confluent , insolitam christianæ pietatis speciem , quam auribus accepissent, oculis etiam usurpati ; & certè ipsa domesticæ disciplinæ ratio , ipsa pauperum pietas & modestia conspecta, letissima seges erat sanctissimæ voluptatis; cumq; bonus odor nouæ domus latius in dies tota Ciuitate manaret, magisq; in vulgus probaretur ; omnium, quibus facultas aderat , excitata est , atque depræpta benignitas , qua puerorum solitudini & egestati succurrerent , nè tantæ pietatis opus vna penuria victus intercideret: quin etiam præter ea, quæ quotidie communi hominum misericordia colligebatur , permulti Hieronymo certa pecuniarum subsidia ex interuallo subministrabant; quibus rei familiaris angustia ita paulatim leuari cœpta est; vt cum anteā egestate premente non infreuenter collectæ eleemosynæ & corrasa ex opellis lucra exiguae familiæ vix alimenta præberent , posteā peropportuna Ciuitatum benignitate , factum sit , vt ita omnia affluerent , vt apud regentes nullus iam videretur felicis indigentia locus . Pij vero operis fama non sine magna Hieronymi laude manans , celebriorem hominis virtutem & pietatem reddebat ; quoq; ille intensiore cuag

ra ad abiecta quæque , & vilissima è christiana demissione sese abiucere studebat ; eò magis in vulgus præclara nominis , & sanctitatis opinio augebatur : adeò solida virtus despecta abiectione clarior , & christiana humilitate redditur illustrior .

*Ad Orphanos è Vicinis etiam Insulis  
colligendos proficiscitur.*

*Cap. IV.*

**E**O magis autem enitebat Hieronymi labor & charitatis studium, quò miseriарum campus latius excurrebat ; neque enim Venetæ Vrbis finibus popularis morbi calamitas circumscribebatur, sed sésim, vt fit, latius serpēdo, post vrbana stragem, circumfusas etiam Insulas maiori clade peruaserat ; quam vniuersam , seu ærumnarum, & miseriарum , seu æternæ gloriæ segetem sibi vni demetendam destinauit Hieronymus . Cuius in his locis vt quam fuerit fructuosa charitas , & industria laboriosa, facilius estimari possit, pretium erit operæ , loci situm & naturā breuiter aperire, & ex Insulis aliquot, quæ vagè dispositæ Ciuitatem vndiq; ambitū , referre . Aestuarijs è supero mari leniter stagnantibus longè latèque circumvaluitur Ciuitas; quippe aestuariorum ambitus omnis in centum triginta ferè millaria expatiatur & alterno stagnantium aquarum aestu statis horis refluente,

94. *De vita Hieronymi Aemiliani*  
ac redeunte, non nisi per varios mæandros cæ-  
casque ambages patet ad Ciuitatem aditus ,  
grandioribus illis ingētibusque phaselis exclu-  
fis, & quinto ab urbe millario ad Methamau-  
chi, vel Popilia sinum subsistere coactis, ingēti  
fanè præsidio ad quoscumq; hostiū accessus pro-  
hibendos ; quippè loci insolentia solis indige-  
nis, & longo usu asperguntur bene cognita, reliquis  
perpetuo & inconstanti aquarum accēssu, & re-  
cessu , difficultem admodum & fallacem præbet  
ingressum: statis enim aquarum incrementis ,  
certisque dumtaxat euripis æstuaria illa paulò  
maiora admittūt nauigia; quòd si certus igno-  
retur alueus, vel, æstu refluente, aquarum decre-  
menta occurrunt, patet in cæca vada, humilesq;  
syrtes præsentissimum discriminem . Æstuaria  
porrò ipsa modicis fretis euripisque discreta,  
multis & per amēnis Insulis, Vrbi vndique cir-  
cumfusi frequentantur. Inter viciniores , qua-  
tota fronte ab Austro in Africum Vrbs ipsa  
spectat, Fossa Clodia , Pallestrina , Methamau-  
cum cernuntur; obuerso ad Boream tractu, Mu-  
rianum occurrit : in ipsoq; flexu ad Caurum ,  
Burianum, Maiorbum, Torcellum numerātur:  
qua verò Septentrioni obiacet , Margheria cō-  
einenti ferè adhærens æstuaria claudit . Hanc,  
adeò latè patentem bene merendi syluam pri-  
mū extra Venetam Vrbem suis laboribus ob-  
uiam habuit. Cum enim his in locis misericordi  
alios iam iam fermè enectos, penè arimā agen-  
tes pāssim iacent in vijs, alios misere errantes ,  
extrema necessitate sensim confici intelligeret  
ijs

ijs etiam sibi , tanquam pauperum patri & Tutori à lege dato subueniendum ratus, sèpè subsidia è locupletioribus corrogata per certos homines submittebat , sèpè etiam eò ipse traiiciebat, gemina illa sua consueta animæ,& corporis adiumenta , quibus proximorum commoidis inferuiebat, abundè subministraturus . Itaq; alios præsenti stipe , alios vestimento; alios pecunia subleuabat : aliorum verò filios adhuc infantes , vel parentibus orbatos , vel ad quos alendos nulla parentibus adesièt facultas: (hos enim inter egentes præcipua charitate prosequebatur Hieronymus, quorum imbecillis ètas omni periculo propior erat ) Venetias adductos, victu, & vestitu in orborū cōtubernio attristato, artificiò aliquo instrui curabat; satisq; postea & christianæ vitæ institutis ad scelera cuitanda , & artis peritia ad paupertatis incômoda depellenda excultos , parentibus reddebat. Atqui cōmunis salutis cupidissimus , diuinæq; gloriæ perstudosus, in his etiam locis de rebus sacris cum omnibus colloquia serere, quemque pro re nata suæ salutis admonere, vniuersos ad Christianā pietatem erudire, & è præsenti temporum calamitate occasione arrepta , sèpius iræ cœlestis minas inculcare , irati numinis timorem incutere , ad veram commissorum poenitentiam vrgere; vt cunctos promiscuè docendo, corrigendo, monendo , multas tandem ab Insulis vitiorum pestes abegerit, multos ad frugem reduxerit, prauis consuetudinibus ablatis, ialutares innexerit, & postremò discedès excel-

lantis cuiusdam sanctitatis vestigia apud Insulanos impressa reliquerit. Venetis autem diu tenuit in primis illis ædibus propè Sæcum Rochum suum institutum Hieronymus, illustris magis euangelicæ paupertatis & abiectionis exemplo, quam verbo & sermone, singulos de sua salute monens, & securum iter certamque viam, alacriter præeundo, ostentans. Neq; verò abiecta illa christianæ humilitatis ministeria, pœnitentiæ rigor, orationum assiduitas apud alios parùm valuere, sed magnam Ciuitatis partem, ea schola imbuit disciplina salutis; nam per multi Hieronymi exemplo metu suæ perditio-nis admoniti è vitiorū probris emersere: mul-ti ad pietatem ita serio adiacere animum, ut de ordienda perfectiore vita studiosè agerent; plerique non vulgari probitatis laude contenti, ad Religioforum ordinum instituta sese aggredierunt, reliquo vitæ cursu summa pietatis cō-mendatione transfacto. Hie ronymo interim simul lætitia gestiente, simul ob diuinam bonitatem obstupescente, quæ hominem antea vitiorum & scelerum, nunc virtutis, & pietatis inci-tamentum fecisset; ut, quod corruperat aliquando exemplo nequitiaz, pœnitentiæ resarciret; nám obsecundante diuina gratia Hieronymi conatibus, magis noua persona, & vitæ ratio valuit ad christianos mores corrigédos, quam paulò antè libera illa viuēdi licentia ad depravandos. Nouę àueem domus institutio adeo helsè procedebat, & à primoribus Republicæ Senatoribus, honestioribusque Ciubus, tanta pecu-

pecunievis ad sustinendum opus, & promouendum in dies deferebatur; vt cum anteà paucioribus illis primis pascēdis stipem aliqui despetarent, posse à triplicato ferè numero diuinę vel prouidentiæ, vel fiduciæ fundo nō fallente, universos aleret abunde. Quare, cūm incrementa noui operis polliceretur in dies vberiora diuinā Bonitas, Hieronymus angustæ domus tecta ad augēdum etiam numerum laxare cupiebat: quando cessit opportune vt in ampliorem locū euocata fuerit eius charitas & industria.

*Valeudinarij Insanabilium cura  
Ego in illi demandatur.*

*Cap. V.*

**N**ON ita pridem Venetijs insigne pietatis opus excitatū fuerat eius Caietani Thieneonis Vicentini opera, qui postea Romæ cum Ioanne Petro Caraffa Clericorum Regularium patens & auctor fuit, eoque in Religioso ordine non obscura sanctitatis laude deceffit. Nosocomium scilicet, in quo potissimum fouverentur inter agrulos iij, quos vel insanabilis morborū vexaret iniquitas, vel membrorum debilitas incurabili de honestamento notaret: proinde loco insanabilium valeudinario nomen factum; feruenteribusque (vt novis in operibus solet) admodum incolis, perbellè aliquando opus processit, sed pestilente vi morbi nondum facta repressa, dum alij super alijs corrinarē sternentur: vel plus aquo excrecente agrorum turbas.

G

vel

vel ingruentis mali timore ministros ab ægrotum curâ ad suimet tuendi curam auertente, adeo congelarat operarum charitas & industria; vt per paucis, ac tardis operi incumbentibus, quotidiana in ægros tûm anima, tûm corporis desiderarentur ministeria. Igitur, qui valetudinario præerant viri & pietate, & genere, planè nobiles, tot animarum periculis, & ægrotum incommodis maximè anxij, egregia etiam Hieronymi charitate & vita ratione perspecta, nihil habuere antiquius, quam ut salutaris loci procreationem ad eum deferrent. Hominem itaque enixè obsecrant, vt conductis orbis in valetudinarij ædes satis amplas, eo in loco & pauperibus simul, & ægris operam suam nauet, languentia operarum studia suo excitet exemplo, & penè collapsum pietatis opus charitate erigat, & laboribus tueatur. Non irrita fuere nobilium virorum vota: Hieronymus, quippe in omnem de proximo bene merendi occasio- niem imminens, prouinciam non detractauit, sed postulatis cumulate satisfacturus, quo inuitabatur, breui se contulit, ac veluti optata à Deo charitatis palestram adeptus, laxatis ardori ha- benis, ad ægros sanosque iuandos suas curas vigiliasque studiosius, quam anteà, contendit. Orphanis eoj in loco eadem erat, quæ anteà, vi- uendi disciplina, idem opificiorum labor, orationum ardor, numerus autem multis capitibus auctor. Cum infirmis, & misere iacéntibus mul- tus erat Hieronymus, singulos inuisibat, huma- nissimè solabatur, cibos apponebat, & mini- stra-

strabat, nec illos è strato tollere, brachijs gestare, tetrumque factorem perferre grauabatur. Eratque hoc ferè quotidianæ charitatis pensum, ægrorum lectos sternere, corporum sordes purgare, quisquiliæ è paupimento verrere, abiecioraq; munera obire. Nec corporum modo sed animarum curationi maximè instabat; vt enim miserrimo cuiq; assidebat, ità illū suæ latitis admonebat, pijs colloquijs ægritudinis molestiā leuabat, in supremo vitæ discrimine christianis adhortationibus viâ munire studebat, quò egrotatis animus paratior veniéti Dño occurreret: maximè solitus, nè quē sacra confessione in expiatum aduentantis mortis horror inuaderet: ijsque in extremo iam agone labrantibus ità assiduus erat, vt sorbitiunculas, & pharmaca sua manu præberet, cōminutum cibum in os inferebat, apud eosdē nocturnas duceret excubias, quo singulis momentis ingruētibus pericilis præsenti celeritate subueniret. Quæ omnia quam eximio ægrorum bono & totius Venetæ Cœnitatis admiratione ab Hieronymo præstarentur, testes illi ipsi grauissimi viri valetudinarij Curatores, qui tam multa, & tam honorifica cum laude de Hieronymi virtute (sed haud quaquam verò maiora) vbiquè prædicabant, vt Hieronimum vehementer tæderet puderetque: illud insuper addentes nihil inter aduersum Reipub. extimescendū, quamdiu huius Dei serui precibus niteretur. Sed ad externos etiam multum de sua charitate deriuabat. Conueniebatur quotidie à multis consilijs

lij & institutionis causa , virique graues de rebus animæ cum eo actri accedebant , & tanquam à Spiritu Domini monita salutis postulabant , quibus adeò piè prudenterque (Domino Hieronymi mentem gubernante) satisfaciebat ; ut , quæ de illius virtute , cœlestijs spiritu omnium fama nunciabat , res ipsa comprobaret ; cumq; incensis suo exemplo ad pietatem multorum animis , quotidiè magis celebrarentur valetudinarij zdes ; per humanus & facilis omnibus aderat Hieronymus . Quia in re illud admirandum videtur esse maxime , quod , cum orborum cura , quos magnum in numerum auxerat , infirmorū ministeria & externorum frequens accessus hominem adeò distinerent , omnibusque ille operam suam locaret assidue ; ita tamen vniuersaliter hæc pietatis studia temperabat ; ut externorum congressus & institutio nihil de domestica administratione detraheret ; hæcque vicissim in domesticos , externosq; sedulitas nihil de agrorum cura decerperet ; rursum verò agrorū studium nec externorum , aut domesticorum saluti fraudi esset . Igitur omnes ex congressu & sermone serendæ pietatis occasiones intentamente captans , nullo loco , aut tempore , quodcunq; etiam aliud agens , proximorū saluti procurandæ deerat . Si quos ad bonam euangelicæ virtutis frugem propensos , & paulò aptiores compserisset , hos salutaribus monitis , & institutionibus ad altiora pietatis studia prouere conabatur quos verò harentes in vitiorum ceno prehondisset , & pretibus ad Deum susis , & acrio-

ribus adhibitis exhortationibus, modò iræ cę-  
lestis intentatis minis, modò beatioris æui pro-  
missis lätioribus ingestis ab ea feditate abdu-  
cere studebat; nec raro illorum pectora, hinc  
spe, hinc metu ita versabat; ut sacræ confessio-  
nis promissionem, & purioris vitæ propositum  
haud ægrè extorqueret. Vix oratione consequi  
possem, quam multos eo tempore ad meliora  
promouerit exemplo & verbo; ex quibus con-  
iunctissimè præ cæteris cum eo agebat tunc té-  
poris & quidem è nobilioribus is, qui, proprio  
nomine silentio obuoluto, primus Hieronymi  
vitam vix altero ab eius obitu anno literis con-  
signauit; huic vni Hieronymus domestica om-  
nia, huic puerorum opificia, huic ingenia sin-  
cerè aperiebat; quatuor ex toto numero, qui  
octauum necdum excederent annum, indica-  
bat, quibus summam pietatis laudem in oratio-  
ne tribueret; mecum (aiebat) isti orationi va-  
cant, Deo frequentissimè simplicem innocen-  
tium puerorum fidem felici votorum successu  
comprobante; ita ille, si quid precibus impe-  
traret, secundum rei euentum è christiana hu-  
militate ab se abiudicās, puerorum pietati sim-  
plicitatique adiudicabat: eidem qui lectione,  
qui scriptione proficerent, qui opificio valerēt,  
qui obedientia, qui silentio excellerent, ex ordi-  
ne ostendebat: nec ipsum, in quo cubaret, lectū  
hunc vnum celabat, adeò angustum & asperum  
ut non tam cubantis lectum, quam occumben-  
tis sepulchrūm crederes: addita insuper ad hu-  
ijsmodi vitæ institutum suscipiendum tam ar-

denti cohortatione, ut interdum non tam verba è dicentis ore ad promouendum animum prodire, quam celestis ardoris flamma è calentis pectori, ad audientem diuino amore incendendum, erumpere nobili illi viro videretur, lachrymis etiā interim Hieronymo manantibus, quas celestis vita desiderium exprimeret. Quare sūa illa scriptio semet accusat, graniterque hoc loco reprendit amicus ille, quod tam ardētibus cohortationibus minus profecerit, neq; cœlesti illo dicentis ardore, veluti plane ferens, satis fuerit ad pietatem emollitus.

*Ad continentis Ciuitates eadem charitate iuuandas se confert.*

*Cap. VI.*

1531 **Q**uodverò fœliciori euentu ex animi sententia & voluntate arridebant omnia, et totientius ad maiora inflammabatur cupiditas Hieronymus: inter quæ subit eius animus ratiō quando cogitatio, multum è diuinagloria, animorumque salute fore, si maritima oratoria, eode in labore, ac diligentia mediterranea etiam Oppida excoleret: Itaque in eam sententiam ingressus, cum institutum opus Venetijs ita confirmatum, suisque viribus nixum cernebat; vt, se absente, casum & ruinam non timeret, saepius diuino numine precibus consulto, & re diu, multumq; priorū hominū consilio deliberata, celeriter ad nouum opus se compag-

rat. Ut vero Hieronymi discessum certissime intare vulgatum est, nihil intentatum ab amicis, quò hominem à suscepto consilio deturbarent; Verum ille nullis hominum vel precibus vel lacrymis ab ea sententia, quam diuinitus sibi immutam intelligebat, dimoueri potuit: Orborum igitur educationi relictis, quorum prudentiam simul, & pietatem egregiam in eo munere vnu ipso cognoverat, cæterisque rebus omnibus tute compositis, & in nobiliū amicorum tutela relictis, multorum cum lacrymis & dolore, qui celari non potuit, ad Lecifucinam (extremus hic versus continentē Adriatici sinus limes est) nauit adiectus, tū baculo viatorio innixus, nulloque viatico, præter suam illam in Deum confidentiam, & ardenter charitatem instructus, Patauium & Veronam versus iter intendit. Hac vna in re eo in itinere maximè felix, quod, cùm omnia sua ad vnam Dei gloriam referre, reliquos verò mortales de illis celare maxiopere studeret, nè quid humanæ laudis sensus de divina mercede decerperet, hac prima peregrinatione suscepit, maximè obtinuit, quod erat in optatis; ut silicet ex animi sententia lateret: Cuni enim indubitatum mihi sit non otiosè sibi eos effluere dies Hieronymum esse passum, quin consueta charitatis munia, pœnitentiæ paupertatisq; labores, exequeretur, vero simile est dum sub vili amictu inglorius inter pauperū greges fese abdit, & cum ijsdem stipem médicat ostiati, sàpè illos de christiana legis capitibus, de spirituali salute, de vitiorum fuga, de agèda pœnitentia

sintentia commoūisile, & ad pietatem extimulasse arrepta vndeque occasione salutaria monita ingredi. Illud vero prorsus indubiatum ac certum ex publica fide tabularum, & Pontificij Diplomati testimonio, Xenodochium orphanorum Veronæ Hieronymi studio atq; opera fuisse excitatum; sed hoc ipso ne, *an* ali⁹ tem⁹ pore, cum vetera monimenta non distinguant, mihi in obscurō est; sunt tamen non pauca, quæ in præsens tempus animam magis inclinent, rei totius seriem, operisq; molitionem haud nobis diminare licet, quare ad certiora stilum vertamus.

### *Brixia Orphanorum domus constituitur.*

#### *Cap. VII.*

**I**N hoc ipsum tempus Brixiensem primā eius profectionem ex agro Veronensi orborumq; Domicilijs institutionem rei ciendam mihi omnino persuasum: quo primū Dominus Hieronymum aduocauit, vbi parem eius animo, ac virtuti benemerendi materiam præparauerat; communis enim calamitatis haud expers nobilis Ciuitas, famæ, & morbo peracerbè vexata, ingenti derelictorum pauperum turba labrabat. Quare latè omnia miseris obsideri cùm cerneret Hieronymus, ingens eius animo cura iniecta, nec misericordia solūm mota, sed industria excitata, ad ferendum in extremo casu destitutæ soboli solatium, quam sua posse opera erigi & iuuari non desperabat. Itaq; angustis

& obscuris ædibus ad portam , cui à S. Ioanne nomen est , vt cumque paratis ad miseros orphanosque colligendos dilabitur , breuiq; non exiguus eorum inuentus est numerus , quos omni cura destitutos sensim in triujs miserè conficiebat egestas ; quibus ille paratas in ædes adductis , quotidiana pabula emendicabat , collectamque misericordiam , & ipse egenus , inter egenos , diuidebat ; nec deerat miseris Ciuitatis tempestiuua benignitas , quam nō tam pauperum egestas , quām ardens Hieronymi in pauperes charitas , & summa in se ipsum virtus asperitas exprimebat ; pauperibus enim necessaria subsidia tota vrbe conquirenti sub nocte diurnis misericordiæ officijs defesso humus , vel asperges lectum , frustula emendicati panis pabulum præbebant ; nihil illo ad suum victimum admittente , quod ostiatim non obsecraret , & è diuinis etiam pro cuiusq; inopia congestis subsidijs superfulisset . Quid christianæ pietatis ardor permultos dies spectatus , ad abundè cum Christi miseris comunicandam benignitatem , universam Ciuitatem vehementer accedit ; quare opportuna Ciuium charitate opificū adiumenta sunt quæsita , à quibus artificium aliquod domini cùm didicissent , in promptu haberent , vnde sibi aliquando victimum , suisque compararent . Sed cum ad celebriora Ciuitatis templo suo more , supplicatione indicta , sacro pendentis è partibulo Christi vexillo prærente , aliquando processissent pauperes , sacrarum precum carmina concincentes : ingentem admirationem ac voluptatem.

Ruptatem omnibus attulit rei nouitas , & instituta pietatis species, multorumq; animos religionis ardor incessit ; exinde mirificè cœpit opus tota Ciuitate celebrari , vehementerque approbari . E secunda igitur omnium admirumratione , cum rei bene gerendæ spem maximè affulgere cerneret Hieronymus, orborum causæ non indormiēs, de ea apud primores Ciuitatis diligenter egit; nec irrito conatu: pia si quidem , & ardentí hominis facundia Ciuitate vehementer domicilium Orphanorum expetente, breui obuia Ciuium liberalitate, ea æris pretarij summa est expressa, quæ ad cōtubernij primordia & incremēta satis esset , donec angustū anteà, rude & obscurum domicilium suis breui partibus expolitum & auctum extiterit . Hieronymo semper antè Ciuium oculos orborū angustias proponente, acresq; stimulos ad properandum opus admouēte; factum pio loco à misericordia nomen . Non modò autem per id tempus pia Hieronymi sedulitas, sed multò magis singularis de illius probitate opinio , quæ apud Brixieſes diu floruit, mirificè ad opus augendum, multos etiam post annos valuit ; nam Zacharias Pézanus pius , & honestus Ciuis Misericordiæ locum ex aſſe hæredem sibi instituerre decreuerat: sed cum plerique priscae paupertatis retinentissimi minus cōmodum affererent huiusmodi loca certis redditibus ditescere , alioque cuperent hæreditatem transferri , Zacharias ita morem gerēdum pauperatiſ amatoribus censuit, nihil tamen ut pauperum commodis .

modis detraheretur: quare maiori Xenodochio  
Brixiensi sua bona ea conditione legauit, ut or-  
bis infirmis medicamenta omnia curaret, pa-  
ramentis Ecclesiam instrueret, domicilium in  
ampliorem formam ædificaret; quæ omnia exec-  
utioni mandari per Xenodochij Curatores  
Sanctus Carolus Apostolici Visitatoris munere  
Provinciam Venetam lustrans omnino iussit:  
vnde extitit noua, quæ modò cernitur ædifica-  
tio. Sed ad Hieronymum redeamus, qui, dum  
Brixiae totus pauperum commodis insudat, in-  
telligit certa fama multorum sermonibus vul-  
gata nihilo meliori loco res pauperum Bergo-  
mi esse, quin acerbiori clade consternatos ex-  
treimum implorare piorum subsidium. Non tu-  
lere diu Hieronymi viscera tantam miserorum  
calamitatem; sed, cum Brixiae locus Orphano-  
rum adeò iam in tuto videretur esse, ut alios per  
commode administrari posset, habito è sedula  
pietate aliquorum delectu, pio operi homines  
spectatæ fidei, charitatisq; christianæ præfecit;  
tum non sine magno Brixiensium mœrore Ber-  
gomum accurrit.

*In Agro Bergomensi fruges metit: duo  
pia loca in Ciuitate excitat.*

*Cap. VIII.*

**I**N Agro, ipsaque Ciuitate Bergomensi mi-  
tum est, quam multa & præclara è diuina re,  
animos inque salute geslerit Hieronymus; ut  
felici plane Bergomenium forte in eas partes,  
ad

ad vniuersas christianæ charitatis vires expli-  
candas, à Domino destinatus videatur. Primū  
enim ditionem ingresus, domicilia penè om-  
nia præterita fame, & lue habitatore exhausta,  
offendit; tanta inter cœteros rusticorum edita  
strage, vt, cùm essent iam alba ad messem fru-  
ges, nulli tamen, qui messem facerent, superef-  
fent operarij, & falce, ac messore diu frustrâ ex-  
pectatis, iam iam sata deperirent. Sed tantam  
frugū iacturam nō tollit Hieronymi charitas,  
qua factus omnia omnibus, aliquot adhibet,  
quos ægrè colligere potuit, rusticos homines,  
messorias falces vndique conquirit, & commu-  
nis calamitatis famis propulsandæ causa, non  
minus utili, quam difficiili & periculoſo conatu  
messes adoritur; & licet flagrantissima æstate,  
ardentissimoque cœlo, infesto canicula signo  
agros propè adurente; feruerent omnia calo-  
ribus, haud tamen vir pius vel laborum insolentia,  
vel mordentis syderis æstuosa vi furente fa-  
ctus est ad audendum segnior; vt enim magnis  
omnia caloribus arderent, unus tamen Hiero-  
nymus ardenter cōflagrabat charitate. Qui,  
bus verò horis dabatur messoribus ab opere ces-  
satio, tūm ad vires quiete subleuandas, tūm ad  
corpus cibo reficiendum; ille ad statas preces  
fundendas sese referebat; tūm aqua, & pane  
corpo nonnihil refecto, intermissum opus cū  
alijs repetebat, paucorumque dierum labore  
seruauit, quod operarū penuria deperisset. Sed  
non magis per id tempus in demetēdis frugi-  
bus, quam in messorum animis iuuādis, & Chri-  
stianæ

stianæ doctrinæ rudimentis informandis versabatur eius industria & labor. Cum enim illi veteri & recepta cōsuetudine , quamquam prava, in ipso opere ad fallendum tempus, & laborem leuandum, ineptas, vanasq; cantilenas , & plerumque turpes inducerent , Hieronymus , prudenter ea leuitate canrus reiecta , ad sacra concinenda tanta facilitate traduxit, ut , cūm , Dominicum carmen, vel Angelicam Salutatiōnem, fidei Symbolum, vel alia alta voce p̄cine ret, p̄zeunte m illi sequerentur , quamq; precatiōnis partem ipse p̄fatus esset , eamdem cæteri redderent ; ut immensa camporum spatiā longè latèque psallentium vocib⁹ iucundissimē personarēt, nouo & salutari Hieronymi instituto. His in agro peractis Bergomum tādem perienit, vbi parem iterūm sue industriæ campum nactus, egregios subiit denuò labores, sed non pœnitendos etiam fructus legit. In paupe-tes primum, & orbos coniectis de more acutis, quos extrema vexabat inopia, ac penæ conficerat, de illorum leuanda egestate cogitare ceperit nec multò post extrā urbē paratis, quo ad portuit, ædibus in suburbio S. Leonardii ad Digue Mariæ Magdalena, collectis Orphanis certa fedes est attributa , & paupertati prospectum : cumque festis diebus cū ijs pet urbeim egredieretur, concinentibus pueris litaniarum versus , aliasq; sacras precatiōnes , conuolabant omnes ad iugisatum spectaculum admiratione defixi ; reliqua cīrcā orbitorum curam, quia eadē fere cū superioribus, ideo silentio satieta-

ti

**I**II. *De Vita Hieronymi Amiliari*  
ti occurritur. Sed præter pueros, orbārū etiam  
puellarum maximè vicem indoluit, quarū ino-  
pia non modò vitam conqueret, sed etiam pu-  
dorem proderet; quare earum etiam solitudi-  
ni, & egestati Hieronymi charitate & labore cer-  
tum constitutum domicilium, annona in dies  
piorum elemosynis attributa, & riuendi lege  
præscripta. Mira habuere locus vterq; ad hanc  
vsque diem incrementa; & quidem. Ospitiorum  
rum contubernium, emptis commodiori loco  
amplioribus ædibus, aliò est translatum. Puel-  
larum verò domo laxioribus spatijs aucta, non  
exiguus illarum numerus vel ad honestas hy-  
ptias, vel ad sacra Coenobia afferuarunt.

*Instructio Domicilio, impudicarum  
mulierum saluti consulit.*

*Cap. IX.*

**M**agnum aliud præterea, & luculentū opus  
totâ Italia celebre est aggressus, ut earum  
mulierum spiritali saluti, quas inhoneste Nened  
ris labe fœdatas videbat, medicinam faceret;  
idque eo studiosius, quò latius manare, & plus  
æquo Bergomi earum turbā excrescere, magno  
cum animarum detimento, cernebat. Re igit  
tur semel tentata, non priùs desistit, quam bo-  
nam earum partem ab impuro amore, ad chri-  
stianæ vitæ rationem traduxerit. Qua in re ma-  
gnam illi gratiam, tāquam eximij operis primo  
in Italia Parenti & auctori, ab omnibus deberi  
censeo. Qui enim mulieres huismodi, è ser-  
dido

dido, & infami corporis quæſtu, ad religiosam  
vitam traducere, vnoque in loco monialium in  
morē claudere curarit, in Italia, antè Hierony-  
mum, nullum, quod meminerim, legi: Parifijs  
certè à Ioanne Tifferrano Ordinis Minorum,  
Religioso, hoc factum proditur apud Bardum  
in Chronicis anno M. CCCCVIC. Alexandri  
Sexti anno Secundo, vbi primus hic tradi-  
tur, qui prostituti pudoris mulieres ab illa vi-  
ta fœditate ad pudicitia curam, atque morum  
sanctimoniam reuocarit. Bergomi autem Hie-  
ronymus hoc præstítit anno M D XXXII. Cle-  
mentis VII. anno nono, ætatis vero suæ LI.  
Aggressus igitur est vir Dei opus plenum sanè  
laboris & difficultatis; sed par omnino extitit  
industriæ fructus. Primum ergo cum honestis  
aliquot matronis egit, vt apud eas, si quæ inci-  
derent animarum lucra, in tuto statim locaret,  
tum ardenti Dei more, & magno salutis ani-  
marum zelo incensus, impudicitiam in suis Ca-  
ſtris adortus, ipsi lupanari diuini Verbi faces  
intulit, domiq; huiusmodi mulieres cōueniens,  
eas grani cohortatione, & christiana pietatis  
ardore inflammare (vt ipse ardebat) ad melio-  
rem frugem traducere conatus est: qua in re  
adeò diserta fuit indocti hominis simplex or-  
atio, & feruens sermo, vt plures euulgatæ famo-  
ſaque fœminæ, quæ ardenti & pia Hieronymi  
oratione, quæ diuina virtute emollitæ, pudore  
& lacrymis perfusæ, è suis probris, & impuri-  
tatibus emerſerint; quas ad honestas & nobiles  
fœminas adductas, iubebat in primis, biduo  
tri-

1494

1532

ætatis 51.

112 *De vita Hieronymi Aemiliani*

triduouè incontinentiæ motibus repressis, diuinis rebus vacare, attentas p̄ijs exhortationib⁹ aures p̄æbere; intimo animi sensu, quæ de æternis inferorum cruciatib⁹, quæ de diuino iudicio, de peccati fœditate, & beatorum gloria dicebantur, diligentissime perpendere; quibus rebus siebat, vt, vel æternis damnationis motu percutire, vel cœlesti præmio illeſe, anteacta vitam gratius detestarentur, nouamque amplecterentur ardentius. Cum vero ceterarum conuercionem in dies magis vrogeret Hieronymus, ropugnantes admodum, & aduersas expériebatur permultas, quæ cum ludibrio hominem excipientes salutaria monita, risum, iocumque taceret, & surda omnino aure, viri Dei adhortationibus obstante: quas tamen miris animarum dulcedor non desexebat, sed ijs artibus circumueniebat, vt victrici diuinæ gratiæ tandem cederent. Dominos conductitiam edidit, in quibus morabatur, sepius adibat, monebatque, non permittendum turpem quæstum, non ferendum execrandum emporium in suis ædibus, tanta cum numinis iuriaria, exerceri; nec prius desistebat donec expulso scelere, illi sine telo meretricia, tartareaque frequentia expiasserent: tunc vero diligenter, ne alibi perditissimæ mulieres recipere curvenerabat; ita ut sapere nobilissima scorta omni recto exclusa conueniret, iisque grauissime obiurgatis, illud prostrimo obiceret; quæ tandem vanissima capitata obdufata in scelerē volantes adduxisset, vt omnium adibus eiecta in triujs sub dio tatuui non.

non cubitarent: ardenti cohortatione virgebar, vt infamis vita consilia abijcerent sanctioremq; inducent mentem; quam si modo constanter amplecti vellent, se & honestam habitationem & reliqua ad victimum, necessaria curaturum: illæ simul conscientia, simul necessitate extimulante, tanto oblato & animæ & vita commodo, manus dabant: domumque adductæ, haud segniter imperata exequabantur. Cum igitur ab fœdo illo, & exitiali quæstu ad pudicitiam plures animum reuocarent, earumque numerus in dies increbresceret; Hieronymus secundo rei euentu animo erectus, vt vberem illam animarum segregatam tandem in horrea Domini inferret, de certo loco erigendo, quod anteà animo constitutum habebat, agere cœpit; ubi & iam ab errore reuocatae, & quæcunque in posterum ab illa fœditate ad pudicitiae curam, & morum pietatem redissent, simul alerentur, & certis legibus ac institutis ad omnem pietatem informarentur. Res erat omnino pernecessaria: tum, vt honestæ familiæ eo tandem onere leuarentur; tum, vt ipsis vix dum conuersis mulieribus, nè ad eosdem iterum impunitatis scopulos offendarent, diligentissime prouideretur; in quo omnis desudabat Hieronymi industria. Arduum enim, & perdifficile animaduertebat vir prudens huinsmodi mulieres, quæ pudorem suum iam publicassent, palamque euulgassent omnibus corpora, ita in officio continere, vt, praua cōsuetudine naturæ vim obtinente, ad ingenium non redirent. Quare piorum hominum libera-

litate, Hieronymiq. labore & industria, paucorum dierum spatio steterunt ædes satis amplæ, supellecili nec tenui, nec incommoda instructæ & ornataz; in quibus simul omnes inclusæ ab hominum cōgressu & aspectu, eorum præsertim, quibuscum illis impura consuetudo fuisset, arcerentur: Sacramentorum in primis frequen-tia inducta, quorum vsu integræ in posterum ab omni fœditatis labe mentem facilius conseruarent. Quæcunque verò in quotidianos sumptus necessaria erant, hinc inde diligentissime collectis tota Ciuitate piorū eleemosynis, abunde suppeditabat Hieronymus; nè cuius rei penuria nondum vitæ incommodis assuetæ à suscepto purioris vitæ proposito abducerentur, & quæ deessent, iterum ætatis flore fœde conquirerent. Leges primum, viuendique Regulæ non admodum severæ vulgatæ sunt, quarum vsu in sanctitate & iustitia proficerent; tum paulatim mollesque per gradus sevioribus præceptis coercitæ, & ad vitæ asperitatem, pœnitentiæq; rigorem informatæ. Imputati subito mulierum crines, suscepta aspera iciunia, corporū acerbæ verberationes, aliaq; id genus dura, satis aperta ex animo spreti sæculi indicia fuere. Quo circà adeò toti Ciuitati probatam est opus, vt nō exigua earū multitudo nullo certo vectigali abunde aleretur. Prompta siquidē ad id erat liberalitas Ciuiū, & piorū vltro oblata benignitas: in præcipuis autē, quorum gratia & liberalitate pīj loci nitebantur initia, Bergomæsis Antistes Lipomanus, & Dñicus Tassus numerabātur.

Rudēs

*Rudes homines in agro Bergomensi christiana Fidei mysterijs imbuit.*

*Cap. X.*

B ergomi rebus ita constitutis, non amplius intrâ mœnia se continuit, sed vicina egressus in Oppida ad rusticos & rudes homines christianæ legis, cùm explorato salutis discrimine, penitus ignaros, suo labore erudiendos animū adiecit. Dolebar verò vehementer se literarum præsidio destitutū impensuīs non posse omnium saluti succurrere; sed, quandò nec zetas nec oīu ad literas inuitabat, statuit alienz salutis amator, exemplo vita & rerum salutarium simpliæ explicatione tradendisque christianæ vita præceptis proximorum saluti, quoad posset, consulere. Quare Bergomensis Antifititis sacra benedictione communitus, bonaque cùm venia dimissus, nihil enim ille maiorum minorumq[ue] rerum, Episcopo inconsulto, eius in Diœcesi facere consuerit, è pueris iam antè ab fe collectis aliquot in summis totius christianæ doctrinæ capitibus magis versatos, delegit qui se & ad alios erudiendos, vicos & Oppida obeuntem comitarentur; eoque pusillo grêge stipatus, hoc ferme ordine rem aggreditur. Vicum aliquem ingressi Ecclesiam adeunt, ibique fusa oratione, & tutelari Diuo eius loci cōsalutato, felicem operi progressum deprecantur; tūm, tintinabulo in hūc r̄fum allato per vicum circumstrepeant, aduocabatur concio, colle&toque audi-

H a tore,

tore, & ad salutarem christianæ doctrinæ institutionem inuitato, ad rudem & infimam plebem, tenellamque ætatem instruendam descendebat; opus egregiè adiuuantibus pueris, inter quos, partito onere, breui complures sacræ fidei mysterijs imbuebantur; neque verò inter puerorum opera languebat Hieronymi studium, aut remitterebantur curæ: sed maiores ille conuenire, gravioris ætatis homines instruere, in quibus non exigua inerat laborū materies; summā enim reperiebat symboli fidei, præceptorumq; Dei ignorantem, multos ætate iam graues, Dominicæ precationis, Salutationis Angelicæ formulam minimè tenentes, ac ne quidem sanctissimæ Crucis signum manu sibi ritè imprimentes, quos ille Decalogi Ecclesiæque præceptis, & alijs Christianæ fidei rudimentis ad salutem necessarijs satis eruditos, ad ea omnia seruanda longa exhortatione inuitabat; idque publico in foro, in triujs, aut agris; vbi cunque tandem aut collegisset, aut collectam inuenisset multitudinem, ibi dicebat; aperto patentique cœlo tonabat. Erat autem illi dicendi initium perfamiliare ab illis Prophetæ verbis; *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra:* apposito sane exordio ad obdurata hominū corda primo loco perstringenda; satis gnarus, nihil æquè diuinos afflatus, excitantisque gratiæ supernos impulsus retardare, vel repellere prorsus, ac extinguere, quam humanæ voluntatis diuinæ semper obluctantis, duritiem & obfirmatam in suo sensu, hoc est, in scelere pertinaciam: in concione

ne obiectis , quæ superum præmijs , quæ inferorum supplicijs , multis de vitiorum turpitudine allatis , suos auditores ad christianæ legis obseruantiam impellebat . Quo in genere adeò eloquens Hieronymi pietas , & facunda charitas erat , vt plurimos à scelere reuocatos ad optimam frugem traduceret , qui Sacerdotum pedibus aduoluti , multorum annorum onera , sacra confessione deponebant : & sane quos non mouisset ille , quem spiritus Dei planè mouebat & vrgebat ? Simplici ille quidem , & inelaborata oratione ad multitudinem agebat ; sed adeò plena pietatis , diuinorumque sensuum , tanto ardore animi atque oculorum , tanta cœlestis spiritus efficacia & ostensione ; vt , ad auditorum animos ea spiritus dulcedine respersa , & ardore incensa mirifice se profundens oratio , eos ad cordis compunctionem , & vita emendationem facile promoueret . Itaque plures ille humili simplicique dicendi genere Christo peperit , quam eruditæ & disertæ multorum conciones . Quoniam vero intelligebat se literarum , vt diximus , profus expertem , multò minus posse aut dicendo , aut docendo aliorum saluti prodesse , idcirco , quæ sibi hac in parte deesse intelligebat , pietatis exemplis , & vita documento compensare decreuit . Quare , cum circumiectos Pagos & villas assidua chatechesi obiret , communī tantum misericordia ostiatim emendicata viciabant , & inter pueros , quos ad chatechesim adhibebat , meliore stipe diuisa , si quid erat asperi panis & mucidi , sibi reseruabat . Vesperi viciis ,

118 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

ac Pagis obeundis, rudibusque informandis defessus, orationi ad multam noctem de more se tradebat, eamdemque, nondum illuscescente die, repetebat. Inter quotidiana etiam illa charitatis officia, & docendi labores suum institutum retinuit, ut certa commentandi pre-candique spatia non omitteret, ex quibus ad proximorum salutem procurandam alacrior & robustior redibat: nec tenuis certe, aut pœnitendus extitit tantorum laborum fructus; nam è lethali rerum salutarium ignoratione innumeri penè liberati: sacramentorum & pœnitentiæ creber usus multis persuasus: alij è veteri mul-torum annorum cœno, Hieronymo monitore, sacra confessione emersere; complures, eodem adhortante, depositis odijs, in mutuos amores, & complexus cum inimicis concessere: præceps etiam illa temerè iurandi, alienaque rapiendi licentia (rusticorum consueta vitia) Hieronymi voce multum castigata & repressa; sed agros etiam eadem charitate complexus est, nam si qui erant in Oppidis, humanissime inuisebat, eosque & precibus ad Deum, & salutari aliqua cohortatione leuare studebat: ijs in laboribus diebus permultis magno animorum questu absumptis, Bergomum reddit.

*Nono*

Nova Sociorum ad Hieronymum facta accessio.

Cap. XI.

A Nteuerterat hominis redditum prouolans laborum fama , vniuersamque compleuerat Ciuitatem ; vt omnium sermonibus passim celebraretur tam ardens de omnibus benemendis studiis, tamq; excellens in infimos quoſque, & effusa charitas, cuius illustri exemplo, non exigua ad eum noue sobolis lucra rediere; nam multi selaborum socios , constanti consilio, ad illum aggregarunt, inter quos precepui referuntur Alexander Besuzius , & Augustinus Barilus Cives nobilitate & fortunis clari , sed opulento etiam Sacerdotio vterque clarior & ditior ; qui Hieronymi exemplo permoti , Sacerdotij redditibus sponte exuti , ampleq; patrimonio pauperum vſibus attributo, strenuo in vinea Dñi Operario nouos colonos sese addixerunt , & cuius incitabatur exemplis, eius etiam vita genus cupidissime expetierunt . Ab Hieronymo peramanter excepti in partem laboris & meriti ; omnes suas curas, & cogitationes ad proximorum salutem , pauperumque curam in posterum contulere diligentissimam; illoque ductore, tantum diuina iuuante gratia , in charitatis schola profecerunt , vt ad ultimam vſque senectutem omnium virtutum laude florentissimi in Congregatione vitam egerint non leui tandem san-

120 *De vita Hieronymi Aemiliani*  
etitatis opinione Cœlo , vt piè credimus , transcripti . Eadem ratione admissi etiam in eumdem numerum alij pij probique viri , quibus eadem à Deo donata mens erat ; Administri etiam plures , seu auxiliares socij ad domesticos labores destinati per id tempus Hieronymo nomina dedere , quorum pietatis feruor in Deum , & in pauperes ardor charitatis tota Ciuitate maxime enitebat : horum certa summa iniri , singulorumque nomina distinctè reddi haud potuere ; permixta confusaque omnia nobis vetustate tradente . Cæterum piorum fratrum nomina mihi haud dubium , esse Deo in æterna felicitate nota . Hieronymo autem nou admodum fuit eo tempore sermone vel exhortationibus laborandum ad socios sibi conciliandos ; cum occurfantis in omnium oculos christianæ pietatis fulgor , virtutumque lumen in singulis eius dictis ac factis emicans ardentius hominum corda & mentes , quam disertissima oratio , inflammaret , & animos vehementius cieret ac raperet , quam eloquentissima concio .

*Profectio Hieronymi Novocomum.*

*Ciuitati , & pauperibus ad-*

*modum frugifera .*

*Cap. XII.*

**E**XTRA etiam Venetæ ditionis fines suæ pietatis studia per id tempus laxauit , siquidem Novocomum usque ab eo excussum , oppidum

dum in Cisalpina Gallia, & antiquitate, & nobilium ingeniorum gloria perillustre quo dixit iter Hieronymus consueto puerorum comitatu, sanctoque Crucis vexillo praecunte; & Primum Comitem cum Nouocomi commorantem primum adit, hominem ante illi, opinor non ignotum; a quo mutuis benevolentia signis humanissime exceptus, diu semoto loco assidentes simul egere; intermisso poste colloquio, iussit Primus nouis hospitibus mensam sterni, apponique cibaria. Ea dum curant domestici, Hieronymus cum suis supplex in genua prouolutus, consuetæ orationi aliquandiu vacat; qua absolta, & benedictione ab eodem appositis cibis impertita, communem benignitatem ipse inter pauperes diuidit; enixèque rogatus a Primo, ut honestiori, & lautiori domesticæ mensæ accumberet, collaudata hospitis humanitate, actisque gratijs, communis mensa, ciboque cum pauperibus vti voluit, quibus idem promus, & pocillator aderat. A mensa Deo gratias acturi in preces iterum se dant, quibus rite persolutis, cum aliquandiu cum Primo, & Francisco eius fratre pijs collocutionibus substitisset, hospites humaniter rogauit, ut bona eorum cum venia sibi liceret, puerorum supplicatione indicta, Ciuitatem obire. Circumduxit de more Hieronymus pium agmen sacras precatrices concinens; habuit inusitatum Ciubus spectaculum solitos admirationis, & pietatis motus; breuique non frustra suscepta peregrinatio, aut supplicatio apparuit; plurima sequi-

siquidem in communem animarum salutem ab illo gesta , vt pauperum præsertim in opere solidinique consuleret ; quorum ibi etiam vagam multitudinem , & errabundam conspicatus , ad illos colligendos , domiciliumque instituendum , animum adiecit . Vesperi communicato cum Primo consilio , aduocatisque eiusdem Primi opera è ciuibus , qui pietate , & nobilitate cæteris præstarent , duobus tribusue in noui operis partem , celeriter ad pijs instituti exordia maturanda , manus est admota ; diuinoque numine piè & religiose cœptis feliciter annuente , duo breui derelictorum loca , consueta Hieronymi industria & labore , sunt excitata : alterum in Ciuitate sub sancti Leonardi nomine ; in Suburbijs , alterum ad Sanctum Gotardum ; adnitente in primis , & vtrumque opus egregiè adiuuante Bernardo Odescalco è primaria Ciuitatis nobilitate viro , & Thomæ Odescalchi olim Mediolanensis Senatoris Patre , qui christiana liberalitate , inter cœteros , Hieronymi cœpta firmavit & auxit ; nequè vnquam postea desiderata est Ciuium benignitas ad locorum perennitatem . Singula referre ad domesticam disciplinam spectantia , superioribus præsertim non dissimilia , supernacaneum puto : solita enim fuere Hieronymi in pauperes , & reliquos Ciues charitatis studia , eadem vitæ asperitas , pœnitentiaz rigor , orationum , commentationumque assiduitas , pauperum domicilia ijsdem cùm superioribus munita legibus , viuendique disciplina . Quandiu vero apud Primum habuit Hieronymus cubi-

cubiculo ad pernoctandum sola palea strato cum pueris est vsus : nequè vllis Primi precibus, quin super paleas , & ipse cum pauperibus cubaret , adduci potuit. Non exigua interim ad alios Ciues de more deriuata animæ subsidia , tūm opportunis cohortationibus, tūm tempestiis colloquijs . Quamquam solida illa Christianæ virtutis species tanta cum animi dimissione omnium oculorum fide sēpiùs explorata, maximos ad pietatem motus , etiam Hieronymo tacente , in omnium animis excitabat , plurimosque eius instituti studio incensos illi adiungebat : quorū deinde labore , & opera , post Hieronymi discessus , ex præscripta disciplinæ forma , fuere pia loca sanctissimè administrata .

*Primi Comitis Hieronymi socij*

*res gestæ , & obitus .*

*Cap. XIII.*

**I**nter multos , quos sibi adiunxit socios Hieronymus , meritò primum locum is obtinet , cui Primo etiam nomen fuit , à quo Hieronymū Nouocomi hospitio receptum diximus . Is ex nobili & perantiqua Comitum familia fuit , quæ à tribus Desiderij Longobardorum Regis ex soro nepotibus Amphortio , Fusio , & Cato originem duxit ; qui que toto eo tractu , qui inter Nouocomum & Leucum Lupiæ ad supra vñque Latij diuertia excurrit , à Rege liberali donatione accepto , honoris etiam gratia , sunt ab

ipso

ipso Rege Comites appellati; inde factum est,  
ut horum etiam posteri sint Comites dicti, ab  
ijsque maioribus propagata Comitum familia,  
quæ non modò in illis locis, sed etiam Medio-  
lani cōplures habuit nobilitate & doctrina illu-  
stres viros, inter quos Primus hic noster Aloy-  
sij filius eminet, qui Hieronymo agrum Nouo-  
comensem oberranti, tandem hæsit, magno cer-  
tè fœnore impensæ charitatis hospitij. Erat ve-  
rò Primus non modò latinis, græcisque, verum  
etiam hæbraicis & chaldaicis literis pererudi-  
tus, & tam humanae quam diuinæ sapientiae do-  
ctrinis illustris, æque autem in studijs bonarum  
artium, ac in rebus agendis optinè versatus,  
& quod caput est, ita innocentia vixerat, ut do-  
ctrinæ experientiæque ornamenta emendatissi-  
mi anteaetæ vitæ mores abunde cumularent.  
Primus enim ita lubricos adolescentiæ annos in  
vorticoso illo & præcipiti ætatis flexu egerat;  
vt, cū christianæ disciplinæ institutione egregiè  
cohærerent morum probitas ac innocentia. Sed,  
Hieronymi vitæ genus attente postea contem-  
platus, sæpiusque cum eo de rerum cœlestium  
amore, & humanarum contemptu collocutus,  
ita illius exemplo, & suavi consuetudine allo-  
quio permotus est; vt se omnino Hieronymo  
adiungere, penitusque tradere decreuerit; idque  
tanta animi submissione, & verborum ardore  
præstitit, vt se nunquam ab illius sententia, &  
voluntate nè latum quidem vnguem recessurum  
profiteretur; & quidquid ille de se in posterum  
decerneret aut iuberet, id vnum non modò iu-

stunt

stum & æquum ducturum, sed etiam omnino gratum, & iucundum sibi futurum affereret; Magna cum animi voluptate exceptit Hieronymus tam promptam, & alacrem in Dei obsequio hominis voluntatem, & in eandem charitatis palestram noui admisit athletam; cuius adeo magni & ardentes extitere in novo vite genere profectus, ut, cum anteà philosophia, sacræque theologia eruditus magister haberetur Primus, tum, ubi in Hieronymi schola cœpit discipulus fieri, se novo theologiae genere apud imperium Hieronymi exornatum, veròque christiana philosophia lumine collustratum ingenuè, palamque gloriaretur; eoque nobiliori doctrina imbutum fuisse, quo præstantius est bene agere, quam eruditè & subtiliter disflerere: Nox & tenebrae siebat, cæcæque errorum ambages superiora omnia; vera tum mihi christiana philosophia lux oborta in humili Hieronymi schola, ubi non ingenium exacui, sed voluntatem expoliri, & ad Dei amore incendi, egregio sui ipsius rerumque humanarum contemptu, in dies experior. Huic vni postea satis iam euangelicæ paupertatis, & rerum cœlestium præceptis ex culto, nouorum locorum curam demandauit Hieronymus, reliquisque sodalibus in administratione præfecit; & operam suam præstitit Primus quam diligenter, vnicoque Hieronymo carus semper extitit, qui singularem in eo doctrinam tanta cum morum probitate, & sui ipsius despiciencia vehementer admirabatur, sapientiæ commendabat; quod rara admodum accidat,

326 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

dat, ut ipse aiebat, scientiæ, & humilitatis coniunctio; illud verò frequentissimè experiamus: Scientia inflat. Is, quoad Hieronymus vixit, in pauperum cura tūm Nouocomi; tam Mediolani, postremò etiam Somaschæ homini adiumento maximè fuit; & multis annis ipsi Hieronymo superstes, nunquam pium opus semel suscepunt interimis. Cæterum, cum Patres, anno altero supra trigesimum à Hieronymi obitu, de Religione instituenda cogitarent, imperatoque iam Pontificio Diplomate à Santissimo Pontifice Pio V. vt Apostolica facultate solemnia Religionis vota nuncupare libere posset, Primus unus è sodalitio & solus abstinuit grauem ætatem causatus, ac virium imbecillitatem, quod scilicet non patet animo socium, & religionis oneribus idoneum corpus esset fortis; vel ea causa fortasse, quod homini licet tantis virtutum, & doctrinæ ornamenti exculto, persuasum esset sacris ordinibus nusquam initiari. vt Hieronymi humilitatem in hoc etiam simularetur nollebatq; ad hoc Religionis imperio cogi. Quamquam ne hac quidem via licuit Sacerdotio abstinere; cui enim ad grauem usque ætatem in ea perstitisset sententia, tandem è veteri & obfirmata voluntate hominem depulit Nicolai Ormaneti auctoritas, cui vni plurimum in sui moderatione deferebat. Primus ob egregiam illius probitatem, insitamque animi prudenciam, & rerum omnium cognitionem. Allegauerat autem Mediolanum Ormanetum Sanctus Carolus, propterea quod Mediolanensis

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesiæ Pontificatu inaugurate, cum Roma abesse per Summum Pontificem minimè posset, eximiam verò & numeris omnibus absolutam, animorum curationem', & Ecclesiæ administrationem animo meditaretur, eam interea per idoneos viros vndique collectos, quoad liceret, sibi præstandam statuerat. Quare Ormanetum virtutū fama perillustrem Verona Romam accitum, & Vicaria authoritate ornatum, Mediolanensi Ecclesiæ administrandæ præfecit, ibique à nauo & diligentí viro prima semina iacta tantæ messis in agro Mediolanensi, à S. Carolo postea exultæ atque collectæ. Primo igitur familiariter admodum cùm vteretur Ormanetus, eique sacros ordines ardentissimè sèpius suaderet; tandem aliquando rectè monenti cessit Primus eiusque probato consilio, plurium dierū oratione & pœnitentia, sacroque in primis confessionis Sacramento totius præteritæ vitæ culpis detersis, sacris ordinibus ritè initiatus est: ad primitias Sacerdotalis ordinis diuinæ Maiestati libandas dispositus, primum habuit sacrum multa cum animi pietate & lacrymis: ex quo tempore suscepit muneric dignitatem sedulò perpendes, quo maioribus virtutum ornamenti ad tanti operis administrationem accederet, & seipsum hostiam viuam, sanctam, & Deo placentem quotidiè offerret; terrenis rebus procul ab animo remotis, tota mente cœlestia deinceps est consectatus. Quare, licet religiosi instituti vinculo solutus eslet, vitam tamen fere omnem apud nos egit proximorum,

&amp;

128 *De Vita Hieronymi Emiliani*

& pauperum commodis, animarumque procurationi maximè intentus; Mediolani permultos annos in pauperum sancti Martini domicilio ab Hieronymo erector commoratus, theologiam illam, quæ in differendi subtilitate, & christianæ veritatis controverbijs difimendis versatur, pluribus in Religiosorum dormitoriorum professus in explicantis præterea de interiori fato questionibus, & conscientie causis, multo per id tempus operam suam præstigit; sacre tristam scripturæ interpretem apud alios Religiosos Ordines magna cum laude egit; ad Gynæcea sacrum Virginum crebra diuinæ Verbi ardensque declamatio, & mirificè salutaris etheo habita. Ab Episcopo Nouacohensi ad mones quosdam, Magistros è Valle Tellina misis, tūm illis, tūm plurimis alijs catholica fideli desiderioribus admotis, ut illis suis quis congressus & disputatio ab insanis opinionibus recutatos, ut voluntaria abiuratione heresi valere iussa, quam Catholica Ecclesia redirent in gratiam, ad Quæsitorum tribunal adduxit. Magno præterea, & celeberrimo Tridentino Concilio interfuit, ubi eruditio nem suam Patribus illis pluries egregie probauit. Gregorio Decimoquarto Summo Pontifici charissimus fuit, cui etiam latinis litteris datis summam Pontificis dignitatem est gratulatus: paupertatis studiosus beneficia ecclesiastica, quantumlibet pinguia, nunquam admisit. Huius etiam opera, & studio aliquot Marci Antonij Maioragij politioris doctrinæ, & disertissimi oratoris monumenta prodierunt

in

in lucem; quorum, quæ plurima moriens impri-  
menda reliquerat, ad Primum illis Consobri-  
num cura delata eset; ex quibus lucubrationes  
in partitiones oratorias Ciceronis, maximè co-  
mendantur, quæ à Primo, Petro Galefino in-  
scriptæ, primum in lucem prodiere. Nulla ipse  
literarum monumenta vir aliqui doctissimus  
reliquit, ut non ab re celebre illud dictum ei  
accommodauerit Albanus. Scribere renuit;  
quia, quod scribendum erat, quotidianæ ope-  
rationis pagina monstrauit. Vixit Primus su-  
præ quintum, & nonagesimum annum adeò ve-  
geta, tenacique doctrinarum omnium memo-  
ria, ut quibuscumque de rebus interrogatus eru-  
ditissimè responderet, Doctorumque placita;  
& animi sensa adeò promptè & fideliter redde-  
ret ac si nuper de libro, quæ recitabat, hausisset.  
Obiit anno præteriti sæculi nonagesimotertio.  
Huic gratiæ habenda quam maximæ, quod mul-  
ta, quæ de Hieronymo scribimus, ab eo deri-  
uarint, quem vnum haud potuerunt latere Hie-  
ronymi opera, cuius ad obitum usque indiu-  
dus vita comes extitit.

*Leonis Carpani unius è primis Hierony-  
mi socijs Vita, & obitus.*

Cap. XIV.

*A* D egregios etiam Hieronymi conatus pro-  
mouendos Leonem Carpanum virum &  
splendore generis illustrem, & fortunarum co-

I pia

Pia opulentum ac prædiuitem Dominus excitauit, ad quem à Primo dicens est Hieronymus vnà cum pauperibus, dum Meronij forte degebet Leo Plebis Incinij Pago quod olim Licinij Oppidum dicebatur non in frequenti, nec ignobilis ( sed à Longobardis postea dirutum in) varios Pagos, seu vicos deductum est.) Is Hieronymi studio alienæ salutis procurandæ, & teneræ destitutæ quæ sobolis instituendæ charitate mirifice delectatus, fuit primùm horum operum laudator, & admirator, mox etiam sectator evasit: ad hunc enim orbos vigintiocto, quos secum Nouocomi habuerat, adduxit, eiusque pietati commendauit; hos perhumaniter exceptit Leo, partemque suarum facultatum ad eorum, aliorumque pauperum sustentationem liberaliter despondit. Fuit complures dies Hieronymus vnà cum pauperibus apud Leonē, à quo, ad infimam plebem adiuuandam, & tradendis Christianæ religionis initijs suo more passim dilabebatur; Interea sagaci viro Leoni maxima per id tempus cognoscendi noui hospitis, atque introspiciendi penitus eius animi sensus est data facultas; cœpit ergo diligentius illius vitam & mores peruestigare eius dicta, ac facta, dies noctesque, etiam ex inopinato, curiosis, & oculis, & auribus obseruare; cùm autem non dubia oculorum fide maiora quotidie sanctitatis experimenta in Hieronymo deprehenderet, quam fama & auribus anteac accepisset, semperque notitia pariter, & admiratio cresceret tanti viri, vehementer animo est commotus

Leo;

Leo, seque ipsum attentius intuens, & ad eius normam explorans, vania cœpit, & magna animo voluere, puriorisque vita & sanctioris exordia meditari: ad id maximè urgebant hominem frequentes subinde illati ab Æmiliano in quotidiano congressu de Christiana perfectione, de animæ salute, de rerum humanarum contemptu sermones, in quibus illud etiam sæpius intergere solebat, non semper tanti esse in magna fortunatum copia, quando libeat, & in quos velis, esse liberalē, & de eo, quod in tanta abundantia supereſt, aliquid indigentibus impertire: difficile illud unum esse & arduum, in quo summa rei posita videretur, rebus omnibus carentem, ipsa penuria vivere contentum; in pauperum usus non modò quicquid in præsentia adſit, ſed, quicquid etiam consequentia tempora ſint allatura, destinare: ad hæc omnem statuendi, ſentiendi, agendique libertatem alterius imperio ſubiectam habere. Illud præterea non infrequenter repetebat Hieronymus ſultissimè nos morum correctionem, vel bonorum operum executionem iam diu animo conceptam, in dies deferre, quando nos lateat qua hora Dominus noster venturus fit, qui, licet pœnitenti veniam ſpoñderit, vel integrum ramen diem non promisit. Hærebant hæc aliqne ijs affinia animo Leonis, & perinde ac ſibi vni à Domino dicta accipiebantur, propterè quod anteā etiam huinsmodi cogitationes eius animo ſæpius ſubrepererunt, & occurſarent, varieque mentem cœcis offusam tenebris, & ſomno pref-

sam pulsarent, sed cœlestium donorum ignarus immissa de Cœlo semina tacito souebat in pectore, nec vlla pietatis cultura excolebat. Verum aliquando simul exhortationibus, simul Hieronymi exemplo mollitus & excitatus, ita ad amorem cœlestium, & mundi contemptum, est incensus, ut repudiatis rebus humanis, ad laboriosam Hieronymi vitam, abie&tamque exercitiorum disciplinam sese aggregare statuerit; Re secum mature perpensa, solum Hieronymum solus adit, ad eiusque vestigia prouolutus supplex, in eundem vitæ institutum adscribi postulat, sibi in animo esse caducis rebus nuncium remittere, & tam fortunarum, quam libertatis facultate abse penitus abdicata, se totum vni illius arbitrio, & imperio submittere, & seipsum pauperem pauperum seruitio deuovere; proinde faceret, orat, tam piæ & iustæ postulationi satis, quam Deo gratissimam fore non dubitaret. Nihil tūm ex Hieronymi voluntate magis. Quare de tam subita mutatione tacito gaudio in sinu gestiens, Deo bonorum omniū largitori ex imo corde gratias egit, & Leonem peramanter amplexatus Christi pauperum numero sociauit, cuius facultates in eorundem ferè pauperum commodum cessere. Tam ardenti conuersioni ex æquo responderet reliqui progressus: ex quo enim semel in tanti viri perpetuam curam & disciplinam se tradidit, vix paulum commonstrata via, vrgere toto cœpit animi impetu ad instituta Magistri, & fructuosa eius consuetudinis beneficio in dies

confirmatus, ita cœlestis sapientia fontibus  
inhiare, ut instar apis sedula spiritualium elo-  
quiorum, & exemplorum floribus insidens,  
intrâ pectoris sui aluearium sincerae pietatis,  
virtutumque mella quotidiè conderet. Sacris  
postea initiatus, multos annos tanta pietate  
Sacerdotio est functus, ut omnes virtutum exem-  
plis ad æmulationem prouocaret, orationis  
præsertim, piæque commentationis studio, &  
humili sui abiectione perillustris. Multis annis  
hic etiam Hieronymo superstes, Paulo Quar-  
to vnicè carus extitit, à quo primas Aulæ di-  
gnitates sibi oblatas è Christiana humilitate  
constantissimè reiecit, supplex Pontificem de-  
precatus, nè a suscepso humilioris vitæ insti-  
tuto, & suæ, aliorumque salutis studio abstra-  
ctum, insanis fluctibus Aulæ rumentis obijce-  
ret. Morienti Pontifici adfuit Leo, precibus,  
& pietatis officijs ad Deum migrantem strenuè  
adiuuans. Nec minus postea Pio Quinto gra-  
ta extitit Leonis probitas, is enim plurimum  
hominis virtute delectatus, eum religioso Sa-  
cello, cui sacratiora sanctioraque pignora  
Sancta Sanctorum nomen fecere, præfecit:  
adèoque mirificum de eius virtute iudicium  
semper Pontifex dedit, ut Leonem ægrotantem  
non alienum duxerit à Pontifica Maiestate  
inuisere. Archiepiscopatum etiam Neapol-  
itanum vtrò sibi à Pontifice delatum, eadem,  
qua reliquias dignitates, constantia; repudia-  
tum ferunt. In quo non vulgare fuit Pontifi-  
cia benevolentia in Leonem argumentum, &

sociorum conuocandum suaderet. Igitur, conuentu coacto, post longā diuini numinis inuocationem ad communium rerum deliberationē accedunt. Prīmus ad conuocatos socios orationem habet Hieronymus ē christiana pietate satis ardente & gauem, cuius ea summa fuit; Quæ à diuina mente manarent vniuersa certis legibus vinciri, & suauī diuinæ prouidentię dispositione, vario ac multiplici nexu inter se ad perpetuitatem stabiliri; quo certo & inuiolabili rerum ordine perturbato, deficerent singula, ac plane deperirent: proinde institutam hanc à se, suscepit amque qualemque pauperum curam, eorum opera & charitate multis iam locis hucq; administratam, à summo bonorum omnii largitore haud dubie profectā, ad eamdem quoque ab supremo numine prescriptam rationem omnino conformandā, & diuinę prouidentię exemplo constabiliendam, in perennem consequentis ætatis propagationē: nullo autē opportuniōri modo perpetuitati & prudēti rerum administrationi consultum iri, quam constanti & certa rerum ordinatione communi fancita voto, eius rei causa accessitos opportūne conuenisse: nimicum, ut ijs de rebus, quæ ad publicam rem facerent, simul in Domino deliberarent. Ceterum ē multis, per eos dies ab illis in deliberationem vocatis, id vnum ad nos distincte peruenit, potissimum in eo conuenitu relatū, de certa sede, & principe cōgregatio-  
nis loco deligendo. Quia de re dicta multa cum  
varierat sententia, Meronium à multis vche-

menter

menter probatum. Vercuragum ab alijs magis expetitum; Petro Borello eius loci viçano maxime adhîrente, qui à re familiarî abunde instructus, Hieronymoque impensè addicetus, sua contulerat bona in pauperum obsequium, patrumque vicum ea principis loci dignitate ornare, suosque vicanos præsenti Patrum opera in diuinis rebus adiuuari cupiebat. Somascha verò nonnullis erat in votis, locusque multis partibus aptior videbatur. An eo in congressu de Somaschësi sede quicquam certi decretum, mihi admodum incertum: qui enim Hieronymi temporibus propinquiores, ab illis, qui cum eo fuerunt, rei narrationem planius accepere, aiunt, variantibus sententijs, nè in longum protraheretur ainceps rei deliberatio, eam integrâ ad unum Hieronymum reiectam, qui, varijs locis perlustratis, incolarumque animis pertentatis, eam deligeret sedem, quæ rebus gerendis commodior videretur, quandò nihil adhuc certi de Somascha, alioque loco statutum esset. Cùm igitur in agro Bergomensi sedem ille sibi quærere statuisset, vnde Nouocomum & Bergomum, vbi boni operis seges iam adoleuerat, & alia p[ro]ij instituti loca subitis excursionibus, cum opus esset, inuiseret & Mediolanum, quò iam animo ferebatur comodè peteret, ad hoc Sancti Martini Vallis peridonea visa; quare Caloltij primū consistere in animo illi fuit, commodo nec infrequenti vico, vbi etiam Sancti Martini Vallis Patroni ædes religiosè frequentabatur; cumq[ue] omnia Hieronymi votis responderent, hominis  
vnius

sam pulsarent, sed cœlestium donorum ignarus  
immissa de Cœlo semina tacito sonebat in pe-  
store, nec vlla pietatis cultura excolebat. Ve-  
rum aliquando simul exhortationibus, simul  
Hieronyini exemplo mollitus & excitatus, ita  
ad amorem cœlestium, & mundi contemptum,  
est incensus, ut repudiatis rebus humanis, ad la-  
boriosam Hieronymi vitam, abiectamque exer-  
citiorum disciplinam sese aggregare statuerit;  
Re secum mature perpensa, solum Hierony-  
mum solus adit, ad eiusque vestigia prouolutus  
supplex, in eundem vitæ institutum adscribi  
postulat, sibi in animo esse caducis rebus nun-  
cium remittere, & tam fortunârum, quam li-  
bertatis facultate abse penitus abdicata, se to-  
tum vni illius arbitrio, & imperio submittere,  
& seipsum pauperem pauperum seruitio detin-  
uere; proinde faceret, orat, tam piæ & iustæ  
postulationi satis, quam Deo gratissimam fo-  
re non dubitaret. Nihil tūn ex Hieronymi vo-  
luntate magis. Quare de tam subita mutatio-  
ne tacito gaudio in sinu gestiens, Deo bono-  
rum omniū largitori ex imo corde gratias egit,  
& Leonem peramanter amplexatus Christi pau-  
perum numero sociavit, cuius facultates in-  
eorundem ferē pauperum commodum cessere.  
Tam ardenti conuersioni ex æquo responderet,  
reliqui progressus: ex quo enim semel in tanti  
viri perpetuam curam & disciplinam se tradi-  
dit, vix paulum commonistrata vi, vrgere toto  
cœpit animi impetu ad instituta Magistri, &  
fructuosa ejus consuetudinis beneficio in dies

confirmatus, ita cœlestis sapientia fontibus  
inhiare, ut instar apis sedula spiritualium elo-  
quiorum, & exemplorum floribus insidens,  
intrâ pectoris sui aluearium sincera pietatis,  
virtutumque mella quotidie conderet. Sacris  
postea initiatus, multos annos tanta pietate  
Sacerdotio est functus, ut omnes virtutum exem-  
plis ad æmulationem prouocaret, orationis  
præsertim, piæque commentationis studio, &  
humili sui abiectione perillustris. Multis annis  
hic etiam Hieronymo superstes, Paulo Quar-  
to vnicè carus extitit, à quo primas Aulæ di-  
gnitates sibi oblatas è Christiana humilitate  
constantissimè reiecit, supplex Pontificem de-  
precatus, ne a suscepto humilioris vitæ insti-  
tuto, & suæ, aliorumque salutis studio abstra-  
ctum, insanis fluctibus Aulæ rumentis obijce-  
ret. Morienti Pontifici adfuit Leo, precibus,  
& pietatis officijs ad Deum migrantem strenuè  
adiuvans. Nec minus postea Pio Quinto gra-  
ta extitit Leonis probitas; is enim pluriimum  
hominis virtute delectatus, cum religioso Sa-  
cello, cui sacratiora sanctioraque pignora  
Sancta Sanctorum nomen fecere, præfecit:  
adeoque mirificum de eius virtute iudicium  
semper Pontifex dedit, ut Leonem ægrotantem  
non alienum duxerit à Pontifica Maiestate  
inuisere. Archiepiscopatum etiam Neapolitanum  
vltrò sibi à Pontifice delatum, eadem,  
qua reliquias dignitates, constantia; repudia-  
tum ferunt. In quo non vulgare fuit Pontifi-  
cia benevolentia in Leonem argumentum, &

*Libri Secundi Fini*



non solum quae à Pontifice Missis  
- - - - - . Aliudq[ue]cunq[ue] ceteris M[is]s[is]p[er]iorib[us].  
- - - - - . Ceteris q[ue]cunq[ue] dicitur à id est q[ue] ceteris  
- - - - - . Contraq[ue]cunq[ue] dicitur q[ue]cunq[ue] dicitur  
- - - - - . Non non op[er]e illi Pontificis  
- - - - - . q[ue]cunq[ue] dicitur q[ue]cunq[ue] dicitur



DE VITA  
**HIERONYMI**  
ÆMILIANI

**Congregationis Somatchæ**  
fundatoris  
**LIBERTERIYS.**  
**De Principe Congregationis Loco Mero-**  
**ronij ut communis Conuen-**  
**tiq; pectus in liberatum**  
**Cap. I.**

**I**Numenes protracta apud Leonem Hieronymi commoratio, de communi re consultationi locum fecit, deque ea deliberatum est, tum cū ijs, quos penes se habebat, tum etiam accersitis, adfleque iussis, qui familijs alijs regendis præterant; vel quia certum anni tempus ad publica negotia solempi cum aliorum congressu transigenda constitutum virgeret; vel quod pia Leonis liberalitas reliquos inuitaret, cœtumque

sociorum conuocandum suaderet. Igitur, conuentu coacto, post longā diuini numinis iuocationem ad communium rerum deliberationē accedunt. Prīnus ad conuocatos socios orationem habet Hieronymus ē christiana pietate satis ardente & gauem, cuius ea summa fuit; Quæ à diuina mente manarent vniuersa certis legibus vinciri, & suauia diuina prouidentiæ dispositione, vario ac multiplici nexu inter se ad perpetuitatem stabiliri; quo certo & inuiolabili retum ordine perturbato, deficerent singula, ac plane deperirent: proinde institutam hanc à se, suscepit amque qualemque pauperum curam, eorum opera & charitate multis iam locis hucisq; administratam, à summo bonorum omniū largitore haud dubie profectā, ad eamdem quoque ab supremo numine prescriptam rationem omnino conformanda, & diuinę prouidentiæ exemplo constabiliendam, in perennem consequentis atatis propagationē: nullo autē opportuniōri modo perpetuitati & prudēti rerum administrationi consultum iri, quam constanti & certa rerum ordinatione communi sancita voto, eius rei causa accessitos opportūne conuenisse: nimis, ut ijs de rebus, quæ ad publicam rem facerent, simul in Domino deliberarent. Ceterum ē multis, per eos dies ab illis in deliberationem vocatis, id vnum ad nos distincte peruenit, potissimum in eo conueniū relatiū, de certa sede, & principe cōgregatio- nis loco deligendo. Qua de re dicta multa cum o deli- erate sc̄l exaricte sententia. Meronim à multis vehe- menter

menter probatum. Vercuragum ab alijs magis expetitum; Petro Borello eius loci viçano maxime admittente, qui à re familiari abunde instructus, Hieronymoque impensè addictus, sua contulerat bona in pauperum obsequium, patrumque vicum ea principis loci dignitate ornare, suosque vicanos præsenti Patrum opera in dñinis rebus adiuuari cupiebat. Somascha verò nonnullis erat in votis, locusque multis partibus aptior videbatur. An eo in congressu de Somaschësi sede quicquam certi decretum, mihi admodum incertum: qui enim Hieronymi temporibus propinquiores, ab illis, qui cum eo fuerūt, rei narrationem planius accepere, aiunt, variantibus sententijs, nè in longum protraheretur anceps rei deliberatio, eam integrum ad unum Hieronymum recetam, qui, varijs locis perlustratis, incolarumque animis pertentatis, eam deligeret sedem, quæ rebus gerendis commodior videretur, quando nihil adhuc certi de Somascha, alioque loco statutum esset. Cum igitur in agro Bergomensi sedem ille sibi quærere statuisset, unde Nouocomum & Bergomum, vbi boni operis seges iam adoleuerat, & alia pij instituti loca subitis excursionibus, cum opus esset, iniiseret & Mediolanum, quò iam animo ferebatur comodè peteret, ad hoc Sancti Martini Vallis peridonea visa; quare Calotij primùm consistere in animo illi fuit, commodo nec infrequenti vico, vbi etiam Sancti Martini Vallis Patroni ædes religiosè frequentabatur; cumq; omnia Hieronymi votis responderent, hominis

vnius

18 *De Vita Hieronymi Aeriliani*

vnius temeritas rem totam discussit atque dissecit. Ioannes Antonius Mazolenis fuit homo lingua promptus, animo audax, opibus etiā fatis valens, pietate non item; hic cū primas suos inter vicanos sibi usurparēt, vnius Hieronymo aduersari, coqua vico illum cum focijs pelere est aggressus; multa iniuriosa infomine euocuit, multos commouit, nē ibi erronem mendicissimum, impostorem & fabulam (cirà ille Dei seruū de salute animæ ad circumfusam multitudinem magna cumpietate & fructu distinetem, appellabat) sedem figere patarentur. Hieronymus autem erit multorum benignitate inuitatus, facile Caloltij consistere potuisse; aliquorum tamē etiā alienatis animalib[us] nē quidē disensionis vel rixacum sua causa inter incotas Caloltianos oriretur, pacis & charitatis amator, alio diuertit Bergomensique ditione excesit, & Addua transmissa Garlati nondingētab. Olginato, aliquāndiu hæsit, sed nō ex quidem loco res ex animi sententia processit: quare iterumpā multis inuitatūs, remensā Addua, ad Vallē S. Martini reuertitur, in ea tandem sedes sibi quæ siturnus iam enim cassio strepitu, omnino detonuerant, quæ Mazolenus in Hieronymum coniecerat maledicta, cuius ubique nota probitas Caloltij in primis audiē expecabatur; sed illa ad postremos Vallis vicos Somaschiam, & Vercuragum digressus, tandem non sine certo numeri afflata Somascham ceteris omnibus locis prætulit, eamque primam suā Congregationis sedem & principem delegit. Cui veroladeo humili

mili Vico, nobiles posthabuerit Ciuitates, haud mihi exploratum, nisi id forte in eximiam hominis humilitatem referamus, qui lucem hominum, Ciuitatisque splendorem auersatus solitudinem quæreret & latrebas. Tanti certe Hieronymi sententia hac in re perpetuò valuit, ut non modò, qui proxime Hieronymum sunt secuti huic loco veluti omnium parenti primas detulerint, sed multos etiam post annos exortæ Religioni, Somascheni nomen indiderint, humiliisque Vici nomen, vix angustis antea finibus notum, multis iam orbis partibus illustrauerint.

*Pagi Somascheni; descriptio,*

*dēris temperies.*

*Cap. II.*

**Q**uando nihil frequentius post hac occurret Somaschenis Domus cōmemoratione, & prima Congregationis, atque adeò Religionis fidei, non erit à præsenti scriptione alienum, neque lectori iniucundum loci, non omnino noti naturam, situmque ad maiorem historiarumque gestarum claritatem, non longa digressione, à silentio vindicare. Agri Bergomensis, quā ad meridiem vergit, &c., interiecto Addua flumine, Brigantio monti opponitur, non ignobilis & per amēna Vallis S. Martini Bergomo sēcē milliaribus dissita visitur, duplo sēcē in longitudinem, quam in latitudinem

440 *De vita Hieronymi Aemiliani*  
spatiosior, nam longitudine circa septem milia protenditur, ubi verò latissima pars territorum non excedit; Vallis tota non admodum late in planities expatiatur, sed in colles clementer assurgens, vici ferme duodecim distinguuntur, iisque non infrequenter nec incommodo habitat. Vicorum princeps est, cui Capitano nomen, edito in loco sicutus. Regio satis fertilis, sed vini cum primis operari feracior: secundum vinum oleo, pecore, ceterisque fructibus abundat, frumento non item, quo vix, ac ne vix quidem incolas alit, nisi aliudè importato; sed castaneæ, quarum in primis est Vallis diuis, tritici vicem apud eos præstant; aqua non magna penuria, præter enim pluviales collectas, fontibus etiam hinc inde passim erumpentibus, & aquarum diuortijs solo frequenter interciso, satis irrigua conspicitur, præterea Addua flumine perpetuo tractu alluitur; vnde nec pisce caro. Gens indigena corpore robusto, & viribus valens, coelum vitiorum admodum sublabi, & perireno. Quia Mediolanensi ditioni Leucani Lupi versus contemnuntur, duo postremi Vallis vici Somascha, & Vercragum, occurrunt, Somascha Vallidrum annos imminet, iugo adeò excelsò, ut ipsoz animum volatus fatigare possit; hic somnis hanc leni ac dormisco collis iugo insidente interceptus, pede invito ad ipsam Addua planitem Vercragum, Somascha, è regione respondens sustinet, deis duabus vicis clauditur Vallis; vix enim in Vallis digressa ad aliquot passus excurrat, Oligonam ferè

ferè è regione vltra Adduam prospicit Somaschæ; ideoque Mediolano ad eam accessus facilis, & apertus; Addua enim publico nauigio traiecta, spatiose se se offert planities à montium radicibus ad fluminis ripas excurrens; at solum non nihil asperum, omni plantarum genere erasum, virgultisque omnibus prorsus detonsum, & frequenti glareæ, grandioribusque saxis respersum; impeditum etiam Adduae ripis, quæ pari libra cum aqua sunt: quod si magnæ pluviæ fiant, lubrico & lacunoso ceno inæqualem & difficilem transitum præbet: Galaeusia præsertim interdum exundante, quæ in summis exorta montibus, & media inter illorum cacumina per abruptas cautes lapsa, longo varioque flexu, vorticosis gurgitibus per confragosæ valles agitur, donec in apertam hanc fluminis planitie euadat, ubi nullas ferè, quibus continetur, ripas habet, sed paulum defosso solo, nec satis lato alueo, per glareas in Adduam se exonerat. Extremam huius planitiei partem, Galaeusia intersecat, eamque à montibus diuidit, qua transmissa, collis non magna acclivitate promissus nascitur, passibus quingentis minusù, quæ brevior est via, nullibi apertus, sed, undequaque multa succrescente arborum sylua, & agrorum cultu sylvestris; ita ut non facile introrsum inspici possit. Ut autem se se iugum implicat, partim via se ostendit, partim latet; ita vere leni trajectu attollitur collis, ut subinde in agrorum planities expatietur, & frumenti, vini, aliarumque frugum feracissimus existat, vire-

scentiumque segetum & arborum varietate per-  
ramenius. Ipsum cliui verticem Somascha insi-  
der humiliis omnino Vallis Vetus, ubi ducenta  
ad summum capita recensentur: aeris vero fa-  
lubritate, cœlique clementia maxime insignis;  
vix enim fide digna, quæ de illius cœli temperie  
feruntur, videri possent, nisi longa incolarum  
ætas, vegetaque semper in longa ætate senectus,  
eadem confirmarent, qui immaturæ admodum  
eripi putantur, si sexagenarij supremum diem  
clauserint, cum in ea ætate maxime agriculturæ  
labores parcerre, & caloris frigorisque vim, ac  
ceteras temporum iniurias negligere soleant;  
viris iisque senecta ad centesimum usque annum  
vantur: quam adeo amicam cœli naturam, cum  
in alia multa, tum in ipsam loci regionem, tum  
in ventos referendam arbitror. Et quidem col-  
lium habitationem saluberrimam non semel  
affirmauit Aristoteles, ibique degentes duplo  
ferè diutius cœteris viuere multis in locis expe-  
rimenta coniprobant, quod scilicet non pigro,  
immoto, ac torpente cœlo, sed ventorum flabris  
purgato, ac fere semper irrequieto vuantur: nul-  
lius enim loci aer impurior, quam eius, qui agi-  
tationis expers est, propterea quod halitus  
vaporibusque è terra quotidie remissis, pigrum  
illud cœlum trassescere, sumidis fœculentisque  
spiritibus oppleri, & tanquam fœdibus inqui-  
nari, ac fœdari sit necesse; inde sit, ut qui sub illo  
vivunt habitudine corporis ferè nunquam bona  
vantur, colore omni firmæ valetudinis indice  
destituantur, maciemque perpetuam ex eo tra-

hant donec sensim corpore intabescente longe  
morbo ad interitum ferantur. Quod, si vento-  
rum appulsi & agitatione vapores illi & exha-  
lationes dissipentur, aut, calore validiore fla-  
brorum impulsione nato, concoquantur & ex-  
purgentur, tum salubritas coelo, & hilaritas  
accedit maxima. Quarum rerum Somascha ad-  
modum diues; quippe collibus vndique enascen-  
tibus, per amœna: & crebra ventorum agitatio-  
ne aerem perpurgante bona valetudini perop-  
portuna: ventorum autem salubrioribus admis-  
sis, noxijs bonaque valetudini aduersantibus  
caret. Et quoniam rapidis validioribusque ven-  
tis optabiliores sunt, & iucundiores lenes remis-  
sæque auræ; ( propterea quod aiunt multum ad  
loci salubritatem facere si vehementiores venti  
etiam si salubres, obiectu montium aut syluarum  
prius refracti: & accisi afflent, & quasi de lon-  
ginquo itinere fessi aspirent.) ne hoc quidem  
commodum Somascheni oræ decet; quandoqui-  
dem ex ea parte, vnde ventorum vis maior exi-  
stere, & rabies erumpere potest, ita oppositis  
montibus iisque sylvestribus est communia, ut  
omni sauitia refracta, lenissimi adspiret, molti-  
terque accedant: quod etiā cū voluptate sit, ubi-  
que enim dense arbores, quotientibus ventorum  
flbris, luxuriantem comam ita ramos inter se  
collidunt, ut eo ramorum foliorumque attritu,  
auræ murmur perennis sibilusque gratissimus  
erumpat. Atque hæc situs locique natura. Ad  
Hieronymum igitur, institutumque nostrum ut  
reuertamur, exploratis, ille, ut diximus, alijs

locis

egregium de virtute Leonis testimonium, vel quod à tam sancto tamque sapienti Pontifice ad amplissimam Ecclesiam fuerit expetitus, vel quod tam insolito studio paupertatis illud egregie Leo contempserit. Extrema senectute confessus obiit Leo; et a virtutum laude & sanctitatis opinione florens, ut haud indignus Hieronymo Magistro discipulus censeri possit. Et alio ibi annos annos superius, nisi aliquando sisca etiam M. annos nullum percepit nisi illi

## *Libri Secundi Fini*





DE VITA  
HIERONYMI  
ÆMILIANI

**Congregationis Somaschæ**  
fundatoris  
**LIBERTERTRIYS.**  
De Principio Congregationis Loco Meo  
in ratione in communione Conuen-  
tione in poter-  
tate **deliberatura.** Cap. I.

**N**umenes protracta apud Leonem Hieronymi comimoratio, de communi re consultationi locum fecit, deque ea deliberatum est, tum cum ijs, quos penes se habebat, tum etiam accersitis, adesque iussis, qui familijs alijs regendis præterant; vel quia certum anni tempus ad publica negotia solempi cum aliorum congressu transigenda constitutum virgeret; vel quod pia Leonis liberalitas reliquos intularet, cœtumque

sociorum conuocandum suaderet. Igitur, conuentu coacto, post longā diuini numinis inuocationem ad communium rerum deliberationē accedunt. Primus ad conuocatos socios orationem habet Hieronymus ē christiana pietate satis ardenter & grauem, cuius ea summa fuit; Quæ à diuina mente manarent vniuersa certis legibus vinciri, & suauī diuinae prouidentie dispositione, vario ac multiplici nexu inter se ad perpetuitatem stabiliri; quo certo & inuiolabili rerum ordine perturbato, deficerent singula, ac plane deperirent: proinde institutam hanc à se, suscepit amque qualemque pauperum curam, eorum opera & charitate multis iam locis hucisq; administratam, à summo bonorum omnii largitore haud dubie profectā, ad eamdem quoque ab supremo numine prescriptam rationem omnino conformandā, & diuinę prouidentię exemplo constabiliendam, in perennem consequentis ætatis propagationē: nullo autē opportuniōri modo perpetuitati & prudēti rerum administrationi contulū iri, quam constanti & certa rerum ordinatione communi fanepta voto, eius rei causa accessitos opportūne conuenisse: nimis, ut ijs de rebus, quæ ad publicam rem facerent, simul in Domino deliberarent. Ceterum ē multis, per eos dies ab illis in deliberationem vocatis, id vnum ad nos distincte peruenit, potissimum in eo conuenienti relatu, de certa sede, & principe congregatio- nis loco deligendo. Quia de re dicta multa cum varietate sententia, Meronium à multis uche-

menter probatum. Vercuragum ab alijs magis expetitum; Petro Borello eius loci viçano maxime admittente, qui à re familiariter abunde instrutus, Hieronymoque impensè addictus, sua contulerat bona in pauperum obsequium, patrumque vicum ea principis loci dignitate ornare, suosque vicanos præsenti Patrum opera in diniis rebus adiuuari cupiebat. Somascha verò nonnullis erat in votis, locusque multis partibus aptior videbatur. An eo in congressu de Somaschësi sede quicquam certi decretum, mihi admodum incertum: qui enim Hieronymi temporibus propinquiores, ab illis, qui cum eo fuerunt, rei narrationem planius accepere, aiunt, variis tibus sententijs, nè in longum protraheretur anceps rei deliberatio, eam integrum ad unum Hieronymum reiectam, qui, varijs locis perlustratis, incolarumque animis pertentatis, eam deligeret sedem, quæ rebus gerendis commodior videretur, quando nihil adhuc certi de Somascha, alioque loco statutum esset. Cum igitur in agro Bergomensi sedem ille sibi querere statuisset, vnde Nouocomum & Bergomum, ubi boni operis seges iam adoleuerat, & alia p[ro]ij instituti loca subitis excursionibus, cum opus esset, inuiseret & Mediolanum, quò iam animo ferebatur comodè peteret, ad hoc Sancti Martini Vallis peridonea visa; quare Caloltij primùm consistere in animo illi fuit, commodo nec infrequenti vico, ubi etiam Sancti Martini Vallis Patroni ædes religiosè frequentabatur; cumq[ue] omnia Hieronymi votis responderent, hominis

vnius

18 *De Vita Hieronymi Aeriliani*

vnius temeritas rem totam discussio atque dis-  
sedit. Ioannes Antonius Mazolenis fuit ho-  
mo lingua promptus, animo audax, opibus etiā  
fatis valens, pietate non item; hic cū primas  
suos inter vicanos sibi usurparēt, vnius Hierony-  
mo aduersari, eoquā vico illum cum socijs pel-  
lere est aggressus; multa iniuriosa in hominem  
euomuit, multos commouit, nē ibi erronem  
mendicissimum, impostorem & rabulam (itā  
ille Dei seruū de salute anima ad circumfusam  
multitudinem magna cumpietate & fructu di-  
centem, appellabat) sedem figere patarentur.  
Hieronymus autem erit multorum benignitate  
inuitatus, facile Caloltij consistere potuisse;  
aliquorum tamē etiā alienatis anīnis nē quid  
dissensionis vel rixacum sua causa inter incolas  
**Caloltianos** oriretur, pacis & charitatis ama-  
tor, aliò diuertit Bergomensique ditione exces-  
sit, & Addua transmissa Garlati nondingēr ab  
Olginato, aliquāndiu hæsit, sed nē ex quidem  
loco res ex animi sententia processit: quare ite-  
rumpā multis inuitatūs, remensa Addua, ad Val-  
lem S. Martini reuocitur, in ea tandem sedes  
sibi quæ siturnus iam enī in cassō strepiū, omnino  
detonuerant, quæ Mazolenus in Hieronymum  
coniecerat maledicta, cuius ubique nota probis-  
tas Caloltij in peccatis audiē expecabatur; sed ille  
ad postremos Vallis vicos Somaschiam, & Vera  
curagum digressus, tandem non sine certo nu-  
minis afflatu Somascham ceteris omnibus locis  
prætulit, eamque primam suę Congregationis  
sedem & principem delegit. Cum vero ladeo hu-

mili Vico, nobiles posthabuerit Ciuitates, haud mihi exploratum, nisi id forte in eximiam hominis humilitatem referamus, qui lucem hominum, Ciuitatisque splendorem auersatus soliditudinem quereret & latrebas. Tanti certe Hieronymi sententia hac in re perpetuo valuit, ut non modò, qui proxime Hieronymum sunt sequuti huic loco veluti omnium parenti primas detulerint, sed multos etiam post annos exortæ Religioni, Somascheni nomen indiderint, humiliisque Vici nomen, vix angustis antea finibus notum, multis iam orbis partibus illustrauerint.

*Pagi Somascheni descriptio,*

*deris temperies.*

*Cap. II.*

**Q**uando nihil frequentius post hac occurret Somascheni Dominus concentratio, & spuma Congregacionis, atque ad eam Religionis fidei in oriente prefata scriptio alienum, neque lectori iniucundum hoc, non omnino socii naturam, sicutque ad maiorem histo-  
riæ herumque gebarum claritatem, non longa digressio à silentio vindicare. Agri Bergo-  
nensis & qui ad meridiem vergit, & interiecto  
Addaustrina Brigaatio monti oppositur,  
nihil ignorabilis & per amena Vallis S. Martini  
Bergonii secesserè nullaribus diffita visitor, du-  
plo certè in longitudinem, quævis lacu inveni-

spa-

¶ 40. *De vita Hieronymi Aemiliiani*  
spatiosior, nam longitudine viæ septem miliaria protenditur, vbi vero latissima est tertiam non excedit; Vallis tota non admodum late in planities expatiatur, sed in colles clementer assurgens, viciis ferme duodecim distinguitur, iisque non infreenter nec incommodo habitaturs. *Vicocata princeps est*, cui Capitano nomine edito in loco sicut. *Regio* satis fertilis, sed vini cum primis optimi feracior: secundum vinum oleo, pecore, ceterisque fructibus abundat, frumento non item, quo vix, ac nè vix quidem incolas alit, nisi aliudè importato; sed castaneæ, quarum in primis est Vallis diuis, tritici vicem apud eos præstant; aquæ non magna penuria, præter enim pluviales collectas, fontibus etiam hinc inde passim erumpentibus, & aquarum diuortijs solo frequenter interciso, satis irrigua conspicitur, præterea Addua flumine perpetuo tractu alluitur; vnde nec pîce caret. *Gens indigena corpore robusto, & viribus valens cœlo vitetur admodum salubri, & per ameno.* Quia Mediolanensi ditioni Leucam Lupis versus contemnatur est, duo postremi Vallis vici Somascha, & Vercunagum, occurrunt, Somascha Vallideruanus imminet, iugo adeò excelsò, ut ipsoz auium volatus fatigare possit; hic Somascham leni ac depresso collis iugo insidente excipit; pede inire ad ipsam Addua planitem Vercunagum, Somascha è regione respondens sustinet, ditis duobus vicis clauditur Vallis; vix enim in aliis digressa ad aliquot passus excurrens Olginaq[ue] fere

ferè è regione vltra Adduam prospicit Somaschæ; ideoque Mediolano ad eam accessus facilis, & apertus; Addua enim publico nauigio traiecta, spatiofa se se offert planities à montium radicibus ad fluminis ripas excurrens; at solum non nihil asperum, omni plantarum genere erasum, virgultisque omnibus prorsus detonsum, & frequenti glareæ, grandioribusque saxis respersum; impeditum etiam Adduae ripis, quæ pari libra cum aqua sunt: quod si magnæ pluviæ fiant, lubrico & lacunoso cœno inæqualem & difficilem transitum præbet: Galaeusia præfertim interdum exundante, quæ in summis exorta montibus, & media inter illorum cacumina per abruptas cautes lapsa, longo varioque flexu, vorticosis gurgitibus per confragosas valles agitur, donec in apertam hanc fluminis planitiem euadat, ubi nullas ferè, quibus continetur, ripas habet, sed paulum defosso solo, nec satis lato alueo, per glareas in Adduam se exonerat. Extremam huius planitiei partem, Galaeusia intersecat, eamque à montibus diuidit, qua transmissa, collis non magna acclivitate promissus nascitur, passibus quingentis minusuè, quæ brevior est via, nullibi apertus, sed, undequaque multa succrescente arborum sylua, & agrorum cultu sylvestris; ita ut non facile introrsum inspici possit. Ut autem se se iugum implicat, partim via se ostendit, partim latet; ita vere leni trajectu attollitur collis, ut subinde in agrorum planities expatietur, & frumenti, vini, alijarumque frugum feracissimus existat, vire-

scentiumque segetum & arborum varietate per-  
ramenius. Ipsum cliui verticem Somascha insi-  
det humilis omnino Vallis Vicus, vbi ducenta  
ad summum capita recensentur: aeris vero fa-  
lubritate, cœlique clementia maxime insignis;  
vix enim fide digna, quæ de illius cœli temperie  
feruntur, videri possent, nisi longa incolarum  
ætas, vegetaque semper in longa ætate senectus,  
eadem confirmarent, qui immaturæ admodum  
eripi putantur, si sexagenarij supremum diem  
clauserint, cum in ea ætate maximè agriculturæ  
labores pærferre, & caloris frigorisque vim, ac  
ceteras temporum iniurias negligere soleant;  
viridiique senecta ad centesimum usque annum  
vantur: quam adeò amicam cœli natiram, cum  
in alia multa, tūm in ipsam loci regionem, tūm  
in ventos referendam arbitror. Et quidem col-  
lium habitationem saluberrimam non semel  
affirmauit Aristoteles, ibique degentes duplo  
ferè diutius cœteris viuere multis in locis expe-  
rimenta comprobant, quod scilicet non pigro,  
immoto, ac torpente cœlo, sed ventorum flabris  
purgato, ac fere semper irrequieto vuantur: nul-  
lius enim loci aer impurior, quam eius, qui agi-  
tationis expersus est, propterea quod halitibus  
vaporibusque è terra quotidie remissis, pigrum  
illud cœlum crassescere, sumidis feculentisque  
spiritibus oppleri, & tanquam fœdibus inqui-  
nari, ac fœdari sit necesse; inde fit, ut qui sub illo  
vivunt habitudine corporis fere nunquam bona  
vantur, colore omni firmæ valetudinis indice  
destituantur, maciemque perpetuam ex eo tra-

hant donec sensim corpore intabescente longo morbo ad interitum ferantur. Quod, si ventorum appulsi & agitatione vapores illi & exhalationes dissipentur, aut, calore validiore flabrum impulsione nato, concoquantur & expurgentur, tum salubritas cœlo, & hilaritas accedit maxima. Quarum rerum Somascha admodum diues; quippe collibus vndique enascen-tibus, per amœna: & crebra ventorum agitatio-ne aerem perpurgante bonæ valetudini perop-portuna: ventorum autem salubrioribus admis-sis, noxijs bonæque valetudini aduersantibus caret. Et quoniam rapidis validioribusque ven-tis optabiliores sunt, & iucundiores lenes remis-saque auræ; ( propterea quod aiunt multum ad loci salubritatem facere si vehementiores venti etiamsi salubres, obiectu montium aut syluarum prius refracti: & accisi afflent, & quasi de longinquo itinere fessi aspirent ) ne hoc quidem commodum Somascheni oræ deest; quandoquidem ex ea parte, vnde ventorum vis maior exi-stere, & rabies erumpere potest, ita oppositis montibus ijsque sylvestribus est communia, ut omni sauitia refracta, lenissimi adspirent, molli-terque accedant: quod etiā cū voluptate fit, ubi-que enim dense arbores, patientibus ventorum flbris, luxuriantem comam ita ramos inter se collidunt, ut eo ramorum foliorumque attritu, auræ murmur pérennis sibilusque gratissimus erumpat. Atque hæc situs locisque natura. Ad Hieronymum igitur, institutumque nostrum ut reuertamus, exploratis, ille, vt diximus, alijs

locis

Digitized by Google

locis, vicanorumque animis pertentatis, difficultibus vndique suborientibus, nullus aptior Somascheni iugo visus est locus, vbi tandem posita sedes, & domicilium nostræ religionis est constitutum.

*Qualis Somasche domesticorum disciplina,  
& in externos charitatis officia.*

*Cap. III.*

**A** pud Ondæos primum divertit Hieronymus quorum ædes in area Somascheni visabantur, pauperibus recipiendis peridoneæ; posteà Hieronymi, & sociorum vobis conductæ & Andreæ Borelli liberalitate, qui vnum maxime pium opus industria & pecunia ergebat, supellectili ditatae, sed Hieronymi institutis, & legibus longè ditiones redditæ. In his enim domestica disciplina eiusmodi est constituta, qualis domum hanc cæterarum caput ac præsidem deceret, à qua veluti à fonte in cæteras vberiore deriuarentur omnium exempla virtutum, & vnde certæ, ac firma, & vbiique sui similia viuendi iura, tanquam à capite omnes accercent familiæ, purumque nostri instituti & disciplinæ spiritum haurirent. Paupertas eminebat in primis, cum in victu ac vestitu, tum reliqua supellectili, quam pauperem & curtam exoptabat Hieronymus, malebatque reculam, quam rem familiarem sibi domi esse. Et certe victus pertenuis erat, idemque aridus & durus ex eo

generc

genere inaximè, quod rusticis vſu esse solet; ac ne vel illa cibi tenuitate quippiam de priſtino ardore deperiret, pius inducebatur ſuper menſam Anagnos̄tes, qui conceptum pietatis ignem, ſacra lectione inter epulas perpetuò aleret.

Asperioribus autem cibis vt citò affuerſerent delicatiores ſtomachi, natura & vſu lauitoribus affueti faciebat patiendi ardor, & mortificationis ſtudium, quod ſuprā modum inter eos feruebat; nouas ſemper faces Hieronymo ſubijciente: & maiores flamas excitante: qui mirum ſe præbebat magiſtrum in corporibus caſtigandis, & Patrum voluntatibus frangendis, reiſciendisque appetitionibus, vt nonnunquam nimiam hominis feueritatem accuſarent & aſperitatem: & quidem veteris Adami commotiunculis interdum excitabantur, quibus poſteā (diuinæ gratiæ beneficio) ſedatiſ rationabilē omnino obſequium ab Hieronymo depoſci omnes fatebantur. Inſignem hanc corporum voluntatumque mortificationē comitabatur obedientiæ & humilitatis ſtudium; quarum virtutum feruentiſſimus Hieronymus ſibi non diſſimiles alios volebat. Ad hæc diurnæ, nocturnæ que precatiōnes, quotidiana etiam de rebus diuinis commentandi ſpatia nunquam intermittebantur, ſacrifisque libris iucunda pabula animo affidua lectione quærebantur: ac, nè perpetua quiete languerent, ſubinde laboribus etiam frangebant corpora; atque hæc quidem domi. Foris verò ſedula opera nauata proximis, ac plurima animæ & corporis collata ſubſidia tum

ægris, tum sanis ad conquirendam miseram &  
 derelictam sobolem, suo more se verit Hieron-  
 ymus, visitataque in pauperes ministeria expli-  
 canda. Cum vero plurimos non tam egestate,  
 quam varijs morbis miserè conficiari, ac pro-  
 pè confici cetereret, nec vallis oportunos ha-  
 beret egrorum curatores, eorum illæ curationem  
 in se suscepit. Quippe non ignorat multorum  
 rerum, que ad plagas & vicera illa per sanan-  
 da; morbosque tollendos valent, qui sponte  
 interdùm suborientes, aut tumore, aut suppura-  
 tione, vomicisque certas corporis partes acer-  
 bissimo languore torquent, atque discruciant,  
 nouo spiritus ardore, nouum etiam hoc char-  
 ratis genus in eos exercere constituit, in quo-  
 rum gratiam harum sibi rerum cognitionemis  
 & usum diligenter compararat. Itaque pluri-  
 mus vndique conquisitus & collectus æger est  
 Hieronymi curatione breui sanandus, permulti  
 accedebant deformati tumore, & viceribus foedi;  
 alij quibus putrefacti sub cute humores sanguini-  
 nati in saniem veterant; aliorum ex tuberi-  
 bus scatentes vermes odorem teterrimum effla-  
 bant; sed Hieronymus nunquam, aut sordes  
 cauit, aut putridam tabem exhorruit, aut foeto-  
 rem est auersatus; sed pietatis & officij plenus  
 loca tumore & sanie foeda leni, mollique tactu  
 contrectans (ne cura aut officium facheret do-  
 lorem) calida lauabat, ebullientes cum sanie  
 vermes expurgabat, tum, imposito medicami-  
 ne, & fascijs obuolutis, data elemosyna, do-  
 gnum dimittebat: cumque sapientissimi foueren-  
 tur

tur officio ægri , tandem sanitati reddebantur . Nec dubito vlcera permulta , quæ omnium mendentium artem & industriam facile elusissent , excellenti Hieronymi apud Deum gratia magis , quam ynguentis , purgata atque sanata . Quantum vero studij & ardoris , ad hæc munera charitatis adserret illud vnum in hoc genere admodum insigne testetur ; quod , si quando alicuius morbi vlcerumque fœditatem experiretur sensum nonnihil abhorrere , eoque aspectu ab officio retardari , deformatum ægrum illum , & fœdissimum statim aduocabat , præ cæteris diligentius curabat , ac ut ce repugnanti sensu vindictam sumeret , vlceribus labris admotis oscula saepius imprimebat : idque tanta cum animi voluptate , quanta Christi Domini vulnera exosculari contigisse Intensiōri etiam cura à corporis ad animæ salutem Hieronymi studia vertebantur . Circumobibat frequens Vallis vicos , singulos Catechismi institutione , & Christianis præceptis erudiens ; nullusque ferè Hieronymi & sociorum sermōdōrum externis erat , nisi de animæ salute , piisque rebus , de supremo scilicet vita die , de reddenda ab unoquoque summo Iudici ratione , de inferoruin cruciatibus , & æternæ vitæ gaudijs ; utili sane & frugifera admodum congressione . Adeò vero piorum colloqitorum usus illis erat solemnis , ut criminis iniurias haberetur , si quis cum externis agens , non commodum aliquem de pietate sermonem instituisse hominemque salutari aliquid documento auxilium dimisisset . Nulla tam

148 *De vita Hieronymi Aemiliani*  
dem illis studia & quæ cordi , quam diuinæ quæ-  
rendæ gloriæ , & humanae tuendæ salutis , in qua  
procuranda pijs intenti curis , perpetuo delin-  
dabant , cum pro ximorum fructu non tenui aut  
penitendo ; magni etenim siebant ad Patres un-  
dique concursus spiritualis institutionis gratia ,  
diebus præsertim festis , quibus totis in haben-  
dis ad simplices cohortationibus , simulque tra-  
denda pueris , ac rudi illi vulgo Christianæ fidei  
doctrina singuli versabantur .

*Hieronymi Mediolanum profectio , in  
Deum fiducia , & Francisci Sfortie  
in Hieronymum liberalitas  
maxime insignis .*

*Cap. IV.*

**D**V M hæc Somaschæ geruntur , Hierony-  
mus maioræ semper animo in pauperum  
gratiam molens a nouum etiam domicilium in  
corum vsum ( quod iam diù animo complexus  
erat sibi tandem Mediolani excitandum statuit  
maxima videlicet spiritualis luci spe in admo-  
dum nobili , & frequenter Ciuitate blan-  
diente . Quo circa re familiari egregie consti-  
tuta , domesticis & externis bene preccatus , ac  
valere iussis , hoc quoquæ profindere nouare  
est aggressus , & quando magna Provinciam  
adorinetur , magno etiam stipatus esalite , trigin-  
ta quinque scilicet puerorum mazu discetur ,  
quos ille sub verillo Crucis , quasi agmine in-  
structo ;

structo, dispositos, & Sæctorum Litanias, aliasq; preces inter itineris molestias cōcinentes, ideo circumducebat, quod consumilium locorum disciplinam vñu iam didicisset, facilius per eos, in nouis domibus constitui, cæterosque eorum exemplo commodius erudiri. Ad pios autem Hieronymi labores magis illustrandos, diutia prouidentiaz nutu factum est, ut in ipso itinere Hieronymus non leui corriperetq; febri, & c; pueris nonnulli cum copiariter decumberent. Nulla vero hic erant pecuniaz subsidia; nulla humana solatia ad ægros leuandos, quippe Dei seruus præter vnam in summo numine certissimam spem nihil præsidij ad itinera afferebat, nulloque alio instratus viatico prodibat; siquidem itineris auxilia erant obuiaz hominum misericordiaz, tectum Nosocomia suppeditabant. Itaque aliquandiu cum morbo & lassitudine in itinere luctatus locum tandem obuium habuit olim valetudinarium, sed tum vetustate dirutu: easa verius fuit ruinosa, quā domus, celi patens iniurijs, reuulsis foribus & ostijs, ventorum flabris atque imbris vndique peruvia. Huc se recipit cum suis æger Hieronymus, humique super stramine cubitans, quod fortè aderat, morbi molestias tolerabat, omni præterea humana ope destitutus, solam cælestem expectans. Sed fidelem seruum non est frustrata summa bonitas, quando non multò post factum est, ut quidam Hieronymi studiosus illac iter haberet, qui puerorum turbam conspicatus, & quod erat, fortè coniiciens, locum adiit, hominem;

150 De Vita Hieronymi Aemilianis

febri misere assuante in offendit amico honestat, & enixa negotiavit sed deferri patiatur ad hospitium, quod non inde hospitium aberat, quo si Johns feceret, humiliaus sim excepitus, liberaliter ei qui habetetur, donec a vi motbi aitcula, donante sacerdot. Sed nulla ratione admisit Hieronymus sibi vni oblatum domicalij beneficium; namque humeratissime alatis amico gratias, eo beneficiis servit non posse, respondit, nisi secundum Christi pauperibus etiam admissis, quibus scutum vivere & moxi sibi statutum est, verum, vel quod de homini huius amplestum videretur eam domi colligere pilorum turbam, vel quod testi hospitijq; angustia tantam excluderet in uitadi nem, bonus ille vir non aruit, Mediolanum quod dissipavit. Hieronymus vero, cum ex quiete meliuscula se habeat & diuina etiam opere aliquid virtutum incepisse videatur, & pueris meis omnino esset factum, ad coepit itineris labores & incommode hilaris, animo quecunq; reuersus reuertitur iam meditabatur, adeo Choisli amore, & Crucis siti, quidquid fueratasperum mitigante & fed ministrare patres animo corporis vires suppeditabant. Interim autem amicus ille Hieronymi, Franciscus Sforza Mediolanensis Ducis negotiorum curator quid illi in itinere accidisset, quantusque vir Hieronymus esset, ad Ducem abunde deculerat, quibus perimotus religiosissimus Principes, statim qui agrum Hieronymum Mediolanum comedere adieherent, dimiserat, quorum opera in urbem delatus, (nec enim languente iam corpore pedes ultraius progredivalebat) ad humili-

de Xenodochium; stipante eius latera exiguam  
 illa puerorum manus deferri cniixè postulauit  
 cumque d'antiorē & honestiorem locum; vel  
 etiam in aula; & omnia curationi opportuniora  
 illi sponte offerrent; ac Ducis etiam voluntatem  
 obtenderent; tuncquam annuit Hieronymus; qui  
 voluntaria paupertatis incommoda cunctis au-  
 lae delicijs ac splendoribus anteferret. Exigua  
 igitur per angustaque domo receperis est; quae  
 Domini Martini Sacello iuncta illis pueris colligen-  
 dis ac seruandis usui erat qui forte à paterna  
 domo; vel parentibus vagi ac dispersi tota vige-  
 aberantes; vagarentur: Iucundum maxime fuit  
 Hieronymo ut de hospitium; vt potè suo instituo-  
 valde consentaneum; cumque illum Dux impe-  
 raret quibuscumque rebus opis erat liberaliter  
 haberi; ille gratijs semper Ducis benignitatil  
 per intermissiones actis; Evangelicæ paupertatis  
 memor; oblatas commoditates non admittrebat.  
 Quare Dux tantæ rerum humanarum despicien-  
 tie; veræque paupertatis Evangelicæ periculum  
 facturus; nobilem Aulicum ad Hieronymum  
 allegat; qui sibi à Ducis magnopere imperatum  
 referat; vt quæcumque ad suam; sacerdotumque vi-  
 tam tuendam necessaria essent; munifice suppe-  
 dicaret; ac; vt dictis fidem sancta astruerenti;  
 crimenam illi multo auro refertam Ducis rica-  
 mine offert; urgetque; vt velit transmissum hoc  
 munus libenti animo accipere; ac proprijs suo-  
 rumque necessitatibus consulere. Hieronymus  
 quamquam ignoraret; quorsum Principis libe-  
 ratias tenderet; tamen à solida paupertatis vir-

tute consilium sibi petens, actis verbis amplissimis, ut tanta Ducis munificentia postulabat, gratijs, eique omnia fausta feliciaque precatus, respondit, se summe illius paupertatis legibus, quam sibi profiterem proposuerat, omnino impediri, ne presenti peccinit subficio fruenteret; è contra instabat Nuncius, licere pauperibus, saluis paupertatis legibus, oblate admittere, proinde nihil illum in perfecta paupertatis iura peccaturum, si Principis liberalitati morem gereret; sed nullis plane rationibus perelli potuit, vt vel obolum admireret, testatus se non auro, sed hominū saluti, Euangelicæque paupertati studere; quin diuinæ prouidentiæ non leuera se irrogaturum iniuriam, si tantam aurum collectam apud se reconderet, cum illa sibi, suoque gregi victimum passim & ostiatim emendicanti in dies abunde sufficiat; quare sibi magnopere cauendū, nè humani auxiliij tam larga liberalitas aliquid de diuinæ opis & prouidentiæ fiducia detraheret: quocirca patetur orat, vt vel quotidianis laboribus, vel precasto victu pauperrim collecto, se sociosque pro suo veteri instituto aleret: cùmque studiosius adhuc offerret, enixèque obtruderet Aulicus Ducis nomine pecuniam, semper tamen idem aut persimile tulit responsum, collaudata scilicet Regia Principis munificentia, sedulaque Aulici opera cōmendata. Denique ut finis sit in pecunia tam forciter, constanterque repudianda, adeò sancte paupertatis tenacem se præbuit Hieronymus, ut superante liberalem Principis beneficentiam,

Auli-

Aulicique industriam paupertatis proposito, maiori omnino, quām obtruderetur, constantia, reiecta pecunia fuerit. Franciscus hoc tām egregio factō mirifice delectatus, et si opinionem de Hieronymi virtute non vulgarem induerat; certior tamen reddi per suum Oratorem voluit, qui tūm apud Venetos morabatur de hominis nobilitate, & rebus gestis; à quo cūm multa, quę armatus foris, & domi togatus Hieronymus gesserat, pari laude & admiratione digna, accepisset, ex illo cœpit hominem magis, quām anteā, humanissimè colere, eiusque instituto vehementer fauere, cuius virtutem magna sanctitatis opinione firmatam admirabatur.

*Pij loci exordia, & Varia de Hieronymo  
Mediolanensium iudicia.*

*Cap. V.*

**E**O successu Hieronymi cura priuatum spectabant, vt pueris tum secum adductis, tum urbe sota Mediolanensi vagis, ac dispersis certam poseret domicilium, & corporis animq[ue] qnc poriculis suo more subdutis, in tuto locaret; quod pium hominis votum ad Ducem declarauit, ab eo vehementer probatum est, certumque ex suis nauis, & industrium hominem negotio perficit, qui loci institutionem maturaret, efficaciusque ne quid ad eam rem absoluendam desiderari posset. Curatum est Ducis mandatum diligenter, & illa ipse zedes, in quibus

bus supra Hieronymum primò confeditse docuimus, sunt in pauperum usum destinatae, Hieronymo locum maximum approbante. Cumque ædes illæ ad Xenodochij maioris iura pertinarent, Ducis nomine & auctoritate, cum Xenodochij curatoribus rite confectis emptionis tabulis, & certa pretij parte persoluta, ita inter partes conuentum est, ut perpetuo pauperium usui cederent ædes, interim Francisco annum per censum persoluente donec integrām pretij sumam curaret, aliquanto etiam æris ad primū noua domus supellectilem attributor, quod Sforzia imperante, omnino seruatum est. Sed vix altero ab ea pactione anno, peracerbo, & perpetuo Mediolanensibus fribili funere, elato Francisco, hanc potuit pacta pecunia persolui.

1535. Quare ad Philippum Secundum Mediolanensi Imperio detulito, placuit Catholicō Regi eandem esse prioribus tabulis vim, è publicisque ærarij Regij pecunijs, annum pensum nondum soluti pretij, persoluendum iussit, quod pīm Regis edictum ad multos annos religiosē seruatum est, donec Galeatij Moroni Macerantis Antistitis hereditate, ita pīj loci necessitatibus subuentum est, ut cum ad reliqua nomina, tum ad hoc etiam dissoluendum facultas fuerit. Sed ad Hieronymum rediō, qui optatum iam nactus domicilium, ad pauperes orbosque colligendos sedulō se convertit, quo rum tantam breui intra hospitij septa turbam coegit, ut admirationi voluptatiq; pariter eorum aspectus esset. Non referam hic amplius

initi-

Instituendorum locorum rationem ; satis ex hucusque dictis indicata . Eadem Hieronymo cura, ijdemea hauriendi labores , dum domesticam disciplinam constituit, dum pietate, & officio pueros informandos curat, dum illis subsidia precariò rōta Vrbe conquirit. Neque etiam multis referam, quām ingenti primorum ordinum gratulatione prodeuntium festis diebus solemnē cum supplicatione agmen sit exceptum, & quantis latibus puerorum pietas, & modestia commendata; facilis ex superioribus conjectura, licet hæc omnia Mediolani nescio quid amplius splendoris & publicæ acclamationis habuisse videantur. Verū, ne quā deesset in tanta operis laude humilitatis, & patientiæ materia, probataq[ue] virtus magis eniteret, cūm aliotum incerta & dubia, tūm vulgi iniqua de seipso iudicia expertus est Aemilianus. Siquidem dum tanti Principis nixus præsidio, seu multò magis Dei, eo in opere multos labores exudat, & multis est admirationis materia parat & sermonis; multiplex etiam & frequens deo, variantibus sententijs, obmurmuratio populi; in tam ampla præsertim, adeoque frequenti Ciuitate; & nondum plane illius intimæ sanctitatis fulgore apud omnes explicato. Quare inter operum initia, contemptui erat multis, qui hominem hypocrisis & ignauiz in simulantes, palam deceptorem, delirum, varijsque ad contemptum nominibus appellabant, & probris ac contumelijs incessere non verebantur. Alij, ita diuino numine eorum studia-

attem-

bus supra Hieronymum primò confeditse docuimus, sunt in pauperum usum destinatae. Hieronymo locum maximum approbante. Cumque ædes illæ ad Xenodochij maioris intra pertinenter, Ducis nomine & auctoritate, cum Xenodochij curatoribus rite confessis emptionis tabulis, & certa pretij parte persoluta, ita inter partes conuentum est, ut perpetuò pauperum usui cederent ædes, interim Francisco annum censem persoluente donec integrā pretij sumam curaret, aliquanto etiam æris ad primam nouam domus supellectilem attributor, quod Sforzia imperante, omnino seruatum est. Sed vix altero ab ea pactio anno, peracerbo, & perpetuò Mediolanensibus fribili funere, elato Francisco, hand potuit pacta pecunia persolui.

¶ 525. Quare ad Philippum Secundum Mediolanensi Imperio detuluto, placuit Catholicō Regi eandem esse prioribus tabulis vim, è publicisque ærarij Regij pecunijs, annum pensum nondum soluti pretij, persoluendum iussit, quod pīm Regis edictum ad multos annos religiose seruatum est, donec Galeatij Moroni Maceratensis Antistitis hæreditate, ita pīj loci necessitatibus subuentum est, ut cum ad reliqua nomina, tum ad hoc etiam dissoluendum facultas fuerit. Sed ad Hieronymum redoo, qui optatum iam nactus domiciliam, ad pauperes orbosque colligetidos sedulò se conuertit, quorum tantam breui intra hospitij septa turbam coegit, ut admirationi voluptati que pariter eorum aspectus esset. Non referam hic amplius

initi-

Instituendorum locorum rationem ; satis ex  
hucusque dictis indicata . Eadem Hieronymo  
cura , ijdem exhaudiendi labores , dum domesti-  
cam disciplinam constituit , dum pietate , & op-  
ificio pueros informandos curat , dum illis subsi-  
dia precariò rota Vrbe conquirit . Neque etiam  
multis referam ; quam ingenti primorum ordi-  
num gratulatione prodeuntium festis diebus so-  
lem̄ cum supplicatione agm̄ sit exceptum ,  
& quantis laudibus puerorum pietas , & mode-  
stia commendata ; facilis ex superioribus con-  
iectura , licet hæc omnia Mediolani nescio quid  
amplius splendoris & publicæ acclamationis  
habuisse videantur . Verum , ne qua deesset in-  
tanta operis laude humilitatis , & patientiæ ma-  
teria , probataque virtus magis eniteret , cùm  
aliorum incerta & dubia , tūm vulgi iniqua de-  
scipso iudicia expertus est Æmilianus . Siqui-  
dem dum tanti Principis nixus præsidio , seu  
multò magis Dei , eo in opere multos labores  
exudat ; & multis est admirationis materia pa-  
raret & sermonis ; multiplex etiam & frequens  
de eo , variantibus sententijs , obmurmuratio  
populi ; in tam ampla præsertim , adeoque fre-  
quenti Ciuitate ; & nondūm plane illius inti-  
mis sanctitatis fulgore apud omnes explicato .  
Quare inter operum initia , contemptui etat  
multis , qui hominem hypocrisis & ignauia in-  
simulantes , palam deceptorem , delirum , varijs  
que ad contemptum nominibus appellabant ,  
& probris ac contumelijs incessere non vereban-  
tur . Alij , ita diuino numine eorum studia-

attem-

attemperante, melius sententes cum aliquid supra humanum de Hieronymi virtute animo conciperent, eius sanctitatem veneraturi, in manus aut vestrum oscula certatim ruebant, vel propriam manum, qua prætereuntis veste reliquias contigissent, osculaturi ori admouebant. Nonnullorum vero iudicia erant euentus expectatione suspensa, quando nec in praesentia nouum, insolensque opus externi hominis approbare vellent, neque palam vitio vertere auderent, quod, approbante Principe & summis ordinibus, in ipsa curiaz luce gerebatur. Quare attentis animis obseruabant, quod tandem eius gesta euaderent, cuius virtutis splendorem, colligantis mentis acie nondum clare dispicerent. Sed Hieronymo, ut per molesta erant, quæ in eius venerationem obsequia deferebantur, ita cum, inter mendicandum, alios obuiam haberet sese dictarijs & scommatibus irridentes, vel conuicijs, & lœdoriis palam proscindentes, hos ille obturata aure præteribat, mirifice laetus, quod pretiosiora, quam peteret, ac magis optata dona recipere, nobilem scilicet ludibri, & contumeliarum stipem eratque per familiare, cum ad communem misericordiam colligendam totus squalore deformis, ac macie, crassa tunicula tectus prodiret, sibilis & conuicijs excipi, insequente a tergo velut amentem lasciuiente puerorum turba; ita scilicet summus in ore palor, attrita lacerna, humeroque pendentes mantice, squallens & promissa barba hominem ludibrijs & probris facile opportunum.

num apud insanum vulgus reddebant. Diu tullit indignum infimæ plebis contemptum Hieronymus, nunquam animo vel leuissime commotus; adeò Christi charitas, & sui contemptus omnes exorbebat irrißiones, & probra denorabat; donec in vulgus solidæ virtutis clarius explicandæ oblata occasione, quam subijcam, omnia tandem cessere in commendationem probitatis & virtutis; verso in admirationem contemptu, & contumelij in laudem residentibus. Idque huiusmodi fuit.

*Mediolanenibus morbo laborantibus  
succurrit insigni Ducis testimonio  
eius charitas commendatur.*

Cap. VI.

**E** Bellorum motibus, quibus per aliquot annos tota Mediolanensis Provincia nutarat, quasi è funesta semente hæserant in Mediolanensem animis mortifera vitiorum omnium germina, quæ sedatis deinde tumultibus, pacem & quietem, quasi culturam naœta in dies manare, latiusque se fundere, ut nulla pietatis facies, nulla charitatis indicia apparerent. Cumque in tartarum ruentibus animis Hieronymus quæ vite exemplo, quæ verbo & cohortatione tempestiuam porrigit dexteram maturaret, nullo vulgus pia hominis officia in pretio habebat; sed, cum ad malorum scelera vindicanda, proborumque exercendam virtutem, cœpit morborum

borum grauitas Ciuitatem affligere , frequen-  
tesque inuadere domos , tūm maximē enitu-  
t Hieronymi virtus , commendataque pāssim in  
vulgus nullo ylane discrimine præcellens homi-  
nis charitas . Omnibus siquidem in ea morbi-  
da , ac ferē pestifera anni intemperie metu tre-  
pidis ac percussis , cūm admodum rari & infre-  
quentes apparerent , qui laborantium multitu-  
dini nauarent operam , & tantam ægrorum su-  
birent molem : vnus Hieronymus , metu omni  
deposito , cum in Nosocomio suo Dini Martini ,  
tūm alibi etiam vel sui periculo capitīs , præsto  
erat ægrotantibus , quibus omnino sibi subue-  
nieudum , aut certe in communi calamitate  
abijciendam vitam statuerat . Et sane hic , si quis-  
quam locus , Hieronymi charitatem maximē  
illustravit . Quos enim grauiori morbo confli-  
ctari sentiebat , hos saepius inuisens , vario placi-  
doque sermone , ad perferendam animi ægritudi-  
nē & corporis dolores , hortabatur , multisque  
de aliorum constantia in cruciatibus & dolori-  
bus perferendis memoriter , & incundē narra-  
tis , ægritudinis fastidium & morbi acerbitatē  
lenire curabat : Cumque , morbo graviante , om-  
nia tandem miserorum squalore , & grauissimo  
ac tētērimo odore , qualis ægrotantium in ege-  
state solet esse , completerentur ; Hieronymum ta-  
men strenuè omnibus adesse , iacentes , si opus  
esset , erigere , præparatos cibos suis manibus  
apponere , omnia denique munera , que in Domi-  
num ab officioso & diligentí famulo præfanda  
viderentur , studiosè ac demissè exequi magna  
cum

cum admiratione, cernebant vniuersi. Neque  
vero tāni pio labori tamque ardenti charitati  
diuina Bonitas defuit; siquidem, cum tota iāni  
Cīuitate insanabilis illa morborū vis adeo gra-  
uiter per omnium ordinum capita gravaretur,  
nullis ut hominum consilijs, nulla diligentia,  
nullis fusiis precibus mihiigari posse videretur,  
quotidieque multa corpora lurida tabe affecta,  
vi morbi misere conriterent & interirent;  
integer tamen Hieronymus atque intactus sem-  
per seruatus est: quin etiam ( quod fidem penè  
superat ) neque eorum vilus, quos inter agricola-  
tantes in suo Xenodochio aluit & curauit, siue  
ex pueris, siue ex administris toto eo tempore  
desideratus est, quod pro miraculo ab omnibus  
est habitum, idque Hieronymi non quidem  
diligentia & industria, quamquam ea maxima  
erat, sed sanctitati acceptum retulerunt vni-  
uersi: cum ille seuientem aegritudinem non tam  
medicinis depellere, quam orationibus & ma-  
gnis penitentiæ asperitatibus laesi numinis iu-  
stissima flagella auerrere iratumque Deum suæ  
familiae propitium facere niteretur. Quam mul-  
ta vero, & omnium estimatione maiora in rem  
communem gesserit eo tempore Hieronymus,  
facile, quæ subijciam, testabuntur. Nam ipse  
Dux cum Ioannis Petri Carassæ opera ( è cuius  
nutu hominem plurimum pendere didicerat )  
existimaret Hieronymum ad ea pietatis studia  
Mediolanum destinatum, datis ad Carassam lite-  
ris humanissimis per suum Internuncium apud  
Rempublicam Venetam cum cominorantem,

ei gratias egit quanimaximas , quod hominem  
Mediolanum alegasset , tam magno totius Ci-  
vitatis bono : quam gratiarum actionem mini-  
mè sibi debitam ingenuè fatetur Caraffa . Pla-  
cetnic eius verba adscribere , quibus in Episto-  
la ad Caietanum Thienæum Neapolim data Ve-  
netijs quindecimo Kalendas Februario 1534.  
ita rem explicat . Bergomensis Aemilianus no-  
ster , permittente Episcopo , reliquit Bergomum ,  
& , ducto secum quinque & triginta militū exer-  
citū , Mediolanum petiit , vbi , non dico , quanto  
cum apiausu exceptus sit ; hoc tantum dicamus ,  
gratias mihi Illustrissimum Ducem Mediolani  
egisse per suos , qui hic sunt , qui cum literis ad  
me venerunt , quasi ego illuc Aemilianum mise-  
rim , & certè hic honor mihi sine causa defertur .  
Vbi Bergomensem vocat , quod ibi aliquantò  
commoratus , ea , quæ supra diximus , gesserit .  
Exercitu autem illo triginta quinque militum ,  
pueros innuit , quos secum Hieronymus addu-  
xerat . Habet amice Lector eodem in loco duo  
grauissima de Hieronymi virtute testimonia ,  
alterum Francisci Sfortiae Ducis Mediolanensis ,  
alterum Ioannis Petri Caraffæ non inde multò  
post in Summum Pontificem electi . Quanto au-  
tem in pretio eum haberent reliqui Ciues , &  
quale iudicium de eius vita genere facerent ,  
frequentissimi è nobilioribus declarant , qui ad  
idem vitæ genus sponte se se aggregarunt . In-  
ter quos præcipua pietatis laude commenda-  
tur Fridericus Panigarola ex eo ordine , & quos  
Prothonotarios Apostolicos vocant , qui , spretis  
opibüs

opibus contemptisque honoribus, diuino se totum famulatui mancipauit, Hieronymique vestigijs insistens, in eodem Sancti Martini loco, vitam omnium virtutum laude florentem permulitos annos traductam magna tandem sanctitatis opinione Somaschæ absoluuit. Eadem etiam mens à Domino donata Francisco Bauio, & Hieronymo Nouato, alterique Hieronymo Calco, & Ambrosio Schiepati Mediolanensibus, quibus accessere Augustinus Gallus, is, cuius de agricultura monumenta vulgari sermone conscripta leguntur, & Iacobus Alesius nobiles Brixenses, tum Bernardus Odescalcus Nouocomensis, & alius è Spinulorum familia Ianuenfis, Franciscus item Dertonensis vir eruditione insignis, & Guido Vercellensis. His autem complures alij quotidiè & splendore generis, & literarum eruditione nobiles iungebatur, qui spretis humanæ vitæ commodis, & nuncio libertati mislo, Christi paupertatis incommoda subire, seque totos Hieronymo informandos committere non dubitabant. Hoc verò certum planè diuinæ virtutis indicium apud cordatos habebatur, hominem scilicet externum, & penè ignotum vili abiectoque pauperum servitio addictum, tam multos, eosque è principibus Ciuitatis sibi adiunctos à summo opum & familiæ splendore ad abiectissima pauperum ministeria deducere.



mirabantur universi, qui tam gravi aetate, tam  
 vili in ueste, tanta cum animi commissione & re-  
 ligione, supplicationem comitaretur, cuius gra-  
 uis ille ardensque, & permodestus oculorum  
 circumiacens, & nobilis species licet squalore  
 obsita, obsoletaque ipsa uestimenta pietatem  
 afflare, & redolere sanctitatem videbantur. Itaque  
 certatim nobiliores, qui que ei proprias aedes  
 deferebant, hospitioque iniuitabant, rati numeri  
 satis eum felicem, magnoque auctum ho-  
 nore, cui primo contigisset Dei seruum tecum  
 excipere. Sed ille suæ paupertatis & humilita-  
 tis tenacissimus, omnibus permodestè gratijs  
 actis, permisit tandem, ut ad Nosocomium du-  
 ceretur, quod adeò libenti animo curauere, qui  
 publico valetudinario (qui à misericordia no-  
 men est) praeerant, ut complures iam ibi recep-  
 tos missos facerent, quo Hieronymo cum suis  
 commodior locus esset, forte enim superante  
 multitudine, non omnes admittebant eo tem-  
 pore valetudinarij spatia; sed hoc nulla ratione  
 tulit Hieronymus, enixè obtestatus, se omnino  
 alio in quemuis publicum patentemque locum  
 secessurum, si vel tantillum incommodi primis  
 hospitibns suis afferret aduentus. Quare per  
 aliquot dies ad fanum Sanctorum Gerhasij &  
 Protasij sub communii porticu fuit. Tantam ani-  
 mi demissionem, & in proximos charitatem  
 abunde compensauit diuina benignitas; siquidem  
 visum est Xenodochij curatoribus locum  
 Hieronymo destinare, quo solus cum suis sece-  
 dere, libereque illis praesesse posset. Domuncula

erat prope Sacellum Spiritui sancto sacrum , cui  
loco à columba Spiritus sancti Symbolo , quæ  
pro foribus expressa cernebatur , Columbinz  
nomen fecerat Ciuitas , estque illi etiam hodiè  
solemne Columbinam appellari . Ut eò diuer-  
tat Hieronymus permisum , sed non sine magna  
numinis prouidentia ; quod breui euentus ipse  
indicauit . Ibi solita cœpit obire in pauperes  
& reliquos omnes charitatis munera , sed præci-  
puè cum primoribus Ciuitatis , de nono orborū  
domicilio instituendo magno animi conatu age-  
re est aggressus ; nec fuit difficile rem ex animi  
sententia perficeret , quippè libentissimè annue-  
runt vniuersi , quorum intererat , eumdemque  
ipsum locum , quò cù suis secesserat , ad eam rem  
perficiendam illi perpetuò concesserunt . Quo  
felici cuentu Hieronymus mirificè latus , nihil  
cunctatus statim orbos derelictos sibi aggrega-  
re , domesticam disciplinam componere , pietati  
opificijque institutione eos sedulò exercere ,  
tum ea , quæ ad domesticam supellecilem ci-  
bunque pauperibus parandum facerent , nau-  
ter procurare . Prodibat ille quotidie onustus  
manticis ad rogitandam passim stipem , & vitæ  
subsidia conquirenda , pauperibus domicilio  
inclusis , sèpiusque fora obibat cum sporta ob-  
sonatum , dum illi domi considentes artificum  
opera ad mœchanicas exercentur , summa chri-  
stianæ fidei capita & sacras preces ediscunt ,  
quas posteà , instructio agmine , festis diebus  
tota Ciuitate visitato more decantant . Magni  
animorum motus in vrbe facti , magna ad pietati-

tem

tem commotio & ardor ex noui operis inspe-  
ctione: cuius instituem larga postea Papiensiū  
benignitate auctum (vt est ea Ciuitas cū alijs  
rebus permultis, tūm maximē christiana pietate  
nobilis) adhuc etiam magno pauperum Ci-  
uium commodo viget. Ita, cum Hieronymi hu-  
militate & abiectione diuina bonitate & libe-  
ralitate decertante, factum est, vt, qui sibi pu-  
plica forā ad hospitium paulò ante elegerat, nē  
pauperibus in valetudinario incommodo esset,  
statim perpetuum & sibi & pauperibus inueni-  
ret domicilium. Sed, dūm solita sua disciplina  
domesticos ē virtute fingit, & ad normam chri-  
stianæ pietatis totos instituit, ad extenorū  
etiam vtilitates & salutaria commoda paribus  
se se studijs explicat; & quā sibi à doctrina &  
ingenio ad proximorum salutem procurandam  
adiumenta deesse sentit, ea vitæ exemplis, vē  
anteā diximus, compensare nititur; quibus ar-  
dentius humana pectora incēdi, ac riuisque cieris  
quām disertissima oratione vsu ipso didicerat.  
Et certè quām ex animi voto & ingenti Ciuium  
fructu Hieronymi labores acciderint, docet par  
nobilissimorum sociorum, quos tanquam illu-  
stria victoriaz trophæa gloriosus reuexit: de qui-  
bus antequam progrediamur, nonnulla hic obi-  
ter dicenda.

equitatu suo iuxta eis oculumque misericordia  
miseria De Angelo Astario Gambarana proposito  
et ille misericordia actus Cap. VIII

**A**ngelus Marcius & Vincentius Comitibus  
Anterque Montis Segalij, & per illustrati at-  
que iustitia apud Papenses Ganbarana gente,  
nropibus modo & nobilitate, sed amicitiam  
moderatione & ciuiti prudentia inter suos fa-  
cile principes, duo florentissima totius Ciui-  
tatis lumina omnium sententia censebantur.  
Hi sapius Hieronymum veræ pietatis sensu in-  
tuiti illius exemplis & cohortationibus incensi,  
& degustata non nihil inter his virtutis dulcedie-  
ne, non modo nonos planè animos se induere,  
nos ad pietatem impetus experiri sentiebant,  
sed etiam virili seruos penitus dederunt tre-  
bris summis incitabantur. Verum, sculi volu-  
ptate suauiter animo & sensibus blandiente,  
adhuc distrahebantur, & honorum opumque  
fulgoris mentis aciem perstringente, incerto flu-  
tuabant animi consilio, neque satis vita sue ra-  
tiones explicare, neque quid sequendum, vide-  
re poterant. Sed, cum singularis illa in homi-  
num animis peritè tractandis & versandis Hiero-  
nymi similitas & vis salutaria per colloquia  
sepius accessisset, tandem eius instigatio humili-  
tatem multò potiorem honorum titulis duxere,  
& humana gloria præ celestis desiderio abiecta,  
ad paupertatem & Crucem tanquam ad por-  
tum salutis confugere omnino decreuerunt:  
itaque ab Hieronymo in pauperum Iesu Christi  
disci-

disciplinam sunt admisi: multò certe nobiliores & illustriores, hoc edito inter suos. Ciues christiane humilitatis & abiectionis exemplo, quām antea genere aut opibus. Multorum corda pupigit ad pietatem, rarum & insolens exēplū. Tām illustria vero christiane pietatis extordia, maiora semper sunt subsecuta in utroque incrementa, quorum aliqua seorsim hic breuitet recensenda. Ac, ut primum de Angelo Marto dicamus. Hic præ ceteris videlicet particeps, & peregrinationum comes; ab Epistolis etiam nām adhuc nonnullæ apud nos atteriasstur literæ Angeli Marti carafere exarata, & Hieronymi manu proprij nominis chirographo subsignatae. Quo loco mihi venit in mentem cogitare plurimi semper inter ceteros Angelum Martum ab Hieronymo fieri consueuisse, quod superna lucis beneficio doctus prefigilret animo quām generosum Duce. Nascet sūc Congregationi pararet Dominus, culis aliquando virtute suspiri, imperio regi, studio & opera ad instituti perennitatem stabiliri, denique Religionis etiā nomine decorari deberet. Et certe hic ynus à Domino delectus maximè videtur ad ea pietatis opera absoluenda & perficienda, quæ Hieronymus præpropera morte abiens inchoata reliquerat. Primum enim sub obitu Hieronymi cum animo nutarē permulti & ab instituto resilire meditarentur, Angelus Marti opera & auctoritate sunt in bene cœptis confirmati. Deinde, cum multa in operin pro-

gressione socij experientur aduersa , oppugna-  
 toresque non deesent , qui auctoritate & poten-  
 tia plurimum negotij & molestie in vinea Do-  
 mini strenue desudantibus exhiberent , in eam  
 sententiam itum est ab omnibus Angelo Marco  
 referente , ut current Pontificia auctoritate Con-  
 gregationem muniri , licereque illi per Sedem  
 Apostolicam sua obire munera , frustra contra-  
 nitente oppugnatorum audacia . Ad eam rem  
 allegatus est Romanus idem Angelus Marcus :  
 nequè potuit maiore studio , quām is fecit , com-  
 munis causa suscipi ; siquidē ita sedulò & pru-  
 denter rem cum Summo Pontifice transegit ,  
 qui tūm erat ē Farnesia gente Paulus Tertius ,  
 vt datis literis Apostolicis Anno præteriti sa-  
 culi quadragesimo , pridie nonas Iunij , pluri-  
 ma in Congregationem contulerit ornamenta .  
 Literarum Diploma adhuc apud nos in tabula-  
 rio asservatur ; earum verò exemplum primum  
 occurrit in Religionis Bullario ; non ita pridem  
 nostrorum Superiorum iusu typis excuso . Eius-  
 dem generis etiā literæ sunt posteā à Pio Quar-  
 to anno sexagesimo tertio , sexto Kalendas Iunij  
 impetratae , sed prioribus gratijs & priuilegijs  
 longè ampliores . Verum his rebus minimè con-  
 tentus Angelus Marcus , qui toto pectore con-  
 firmandæ Congregationis negotium suscepisset  
 cœpit tandem de eadem per Summum Pontifi-  
 cem in Religiosorum Ordinum album referen-  
 da , & in consequentes propaganda posteritates ,  
 certisque vincienda legibus , serio & studiosè  
 agere . Non tam suo ipsius consilio permotus ,

quam

quam defuncti Hieronymi , cuius ille sensum & mentem cognitam habebat , sed in hoc magis opportunum tempus dissimulandum , & protrahendum negotium iudicauerat . Igitur in deliberationem re cum alijs Patribus sepiùs vocata , nè in tam graui consultatione proprio fallerentur sensu , rem totam cùm Domino transigere & per orationes ac sacrificia , aliasque corporis afflictiones diuinam voluntatem explorare statuunt . Quare per multos dies orationibus & sacrificiis institere vniuersi , quibus vota , ieunia , acerbaque alia corporum supplicia non pauca addidere ; per externos etiam pios & religiosus Sacerdotes plura sacra in eandem rem sunt curata ; tūm satis diu & spiritualium exercitorum vsu , & perseverantis inediæ rigore cœlesti Numine propitiato , tandem de re proposta communī voto deliberant . Ut quando , Hieronymo nimis nature crepto , & nondūm Religionis ordine canonice instituto , Congregatio angustis paucorum hominum vita spatijs terminata , facile interitura videretur , quod scientie et per multi & literarum studijs , & moribus probè exculti , nulloque obligationis vinculo in Congregatione adstricti , vel alijs Religionum ordinibus passim nomina darent , vel ad pinguis in seculo sacerdotia , aliasque dignitates dilabentur , hoc etiam postremum , ad egregia Hieronymi cœpta absoluenda , procurarent , ut Apostolica auctoritate inter sacros Religionum Ordines Somaschensis Congregatio referretur ; quò perpetui ad posteros tantorum laborum &

ope-

170 De Vita Hieronymi Aemiliani

operum fructus manarent, & iterum Domino benedicente, copiosius in Ecclesiæ vinea, ad Dei gloriam & animarum salutem maturescerent. Negotij feliciter perficiendi spem maximè faciebat, quod Romæ cum Sanctissimo Pontifice Pio Quinto tractanda res erat Patrum. Congregationis olim perstudioso, necnon Hieronymi memoria impensè addicto, quo cù egerat sèpìus. Igitur è Patribus cura gerendæ rei demandata est Aloysio Baldonio Papiensi homini diuinis humanisque literis exculto, & tunc in Florentissimo Ticinensi Gymnasio græcas literas profitenti; qui Romam profectus, adeò felici enentu breui negotium confecit, ut sum-

1568. mus Pontitex anno millesimo quingentesimo sexagesimo octavo, octavo Idus Decembbris, ipso Sancti Nicolai natali die, publico Diplomate dato, vniuersa approbatæ Religionis iura Somascheni Cōgregationi benignè contulerit, addito insuper honorifico tum Hieronymi, tum Patrum Elogio. Sanctæ Sedis Apostolicæ confirmatione impetrata, sequens annis sexagesimus nonus diuina benignitate plane felix & faustis natalis illuxit Religioni, emissis scilicet à sex è primis illis Patribus solemni ritu professionis votis tertio Kalendas Maij, Sancto Petro Martyri, & Catharinæ Senensi sacro die, Mediolani, in ipso Diui Martini Sacello: Derthonensi Antistite Cæsare Gainbara nobili Brixiensi Comite, atque Senatore Regio Ducatus Medioli- ni ipsa vota, ex Apostolicarum literarum prescripto, recipiente. His actis à Patribus illis de-

1569. Gene-

Generali eligendo statim itum in vota, communique suffragiorum assensu, Angelus Marcus primus Religionis Præpositus Generalis est renunciatus, nemine, præter ipsum, dissentiente, integroque triennio Religionē administravit; nam, ultra nē licet eam supremam dignitatem prorogare, diplomate Pontificio cautum erat. Huius tūm præclarè gesta in eo magistratu, tūm illustria virtutum exempla toto consequenti vite cursu edita, cūm ad historiam Religionis pertineant, ea vniuersa ad illius Scriptorem integrare ieicio; hic solum felicem eius mortem ad totius vita specimen breuiter attingam. Solemnē erat Angelo Marco quotidie ē codice horario statam diei psalmodiam in genua prouolutio reddere, diutius rerum coelestium commendationi vacare; tūm rem sacram peragere, in quo ministerio adeo intimo pietatis sensu afficiebatur, vt inter orationum, & sacrificiorum vota, nihil æquè à Dominō suppliciter & enixè contendenteret, qnām vt supremo etiam vita die libertibi immaculatam hostiam illam immolare. Vel supra vota satis est hominis pietati à diuina bonitate factum, orandi enim & sacræ rei agenda percupido, vel ipsa iam aduentante morte, licuit & sanctio Sacrificio & oratione vacare. Nam, vrgente vi morbi, iam morti vicino ita diuina virtute auctæ sunt vires, vt ipso die, quo extinguis est, & commode lecto surgere, & innata animi pietate & uberrimo fletu sacrū peragere potuerit; vt insuetus ille sacrificatiis ardor & pietatis sensus non obscurta præfigitio, si animaduer-

maduerteretur, imminentis obitus esse posset. Post obitum ite dinina, viribus iterum destitutus, lecto decubuit; cumque Angelus Cerrus tum  
Mediolani & medendi peritia, & genere admodum nobilis ægrum inuisisset, & venarum pulsu explorato, morbi gravitatem deprehendisset, iussit ægrotanti perpetuo adesse vigiles, qui in omnem euentum parati, ægrum diem noctemque custodirent. Proxima sequenti luce sacer instabat dies, itaque Vesperi de more ut familiae confenti aures daret, consedit; quippe ita domesticis omnibus paterna illa sua charitate & mansuetudine carus erat, ut ei multò libenter, quam superiori domus, cordis arcana detegarent, & intimas conscientiae latebras, animorumque maculas confessione aperirent, quam Sacerdotibus ad id assignatis. Cum autem numerosæ familiae confessionibus excipiendis, nimis defatigari videretur: erant, qui precarentur, ut in sequens matutinum tempus reliquos reijceret, quibus ille in hæc verba, hilari vultu & præsenti animo, respondit; Nunc accedite filij, mane enim haud licebit; quam vocem prædictionis vim habuisse non multò post innotuit, cum denunciationi respondit euentus; licet tunc minimè animaduersa, cum nullus supremū casum tam proximè impendentem suspicaretur. Sed alta iam nocte, ijs etiam, qui custodiæ gratia aderant, quieti traditis, sensim, ne cuiusquam somnum interturbaret lecto cōsurgens, vesteque induitus ad Ecclesiam, quæ vix à Patris cubiolo aberat, discessit, ibi scilicet ex vita spiritum reddi-  
scendam turus.

turus, vbi sanctæ professionis & religionis spiritum anteā hauserat; sed cùm fores clauibus obseratas offendisset, vehementer indoluit ingemuitque, & ad proximum Oratorium diuertit, vbi nixis genibus, ad momentū illud æternitatis arbitrum oratione se comparat, aduenientique Domino paratus occurrere studet; &, aliquan- diū supplicando ducta mora, manu scabellum, cui inhærebat, graui iētu quatiens, quasi migrationis dato signo, irreuocabilem illam supremæ rei clausulam, vt erat in genua prostratus & in preces effusus (egregijs sanè suæ salutis indicijs) consummavit. Eo iētu à somno exciti excubitores, vbi patrem lecto & cubiculo exisse eomperiunt, accurrunt ad proximum Oratoriū, vnde strepitus insonuerat, ibique genibus & sca- bello innixum, iamque extinctū deprehendunt. Tam repentinō inopinati casus euentū conster- natos vox & sensus, penèque spiritus defecit; sed nouum pietatis sensum, & admirationis vo- ces addidit ipsum mortis genus, quo Pater extictus est. Ut enim decebat verè religiosum virum & familiæ præsidem, alijs somno deditis, ipse orans animam egit. Ea res postera luce à Scipione Albano, qui primus rem literis con- signauit, funerique interfuit imò præfuit, & du- xit, ad Sanctum Carolum delata, cui Pater æquè notus ac carus erat, etsi tanti viri amissione admodum, indoluit mirificè tamen tam pio mor- tis genere defuncto gratulari visus est. Quam migrationem admirabiliorē apud me reddunt duo illa; alterum, quod eam præsenserit ac præ- dixerit;

maduerteretur, imminentis obitus esse posset. Post obitum ite dinina, viribus iterum destitutus, lecto decubuit; cumque Angelus Cerrus tum  
Mediolani & medendi peritia, & genere admodum nobilis ægrum inuisisset, & venarum pulsu explorato, morbi gravitatem deprehendisset, iussit ægrotanti perpetuo adesse vigiles, qui in omnem euentum parati, ægrum diem noctemque custodirent. Proxima sequenti luce sacer instabat dies, itaque Vespri de more ut familiae confidenti aures daret, consedit; quippe ita domesticis omnibus paterna illa sua charitate & mansuetudine carus erat, ut ei multò libenter, quam superiori domus, cordis arcana detegrent, & intimas conscientiae latebras, animorumque maculas confessione aperirent, quam Sacerdotibus ad id assignatis. Cum autem numerosæ familiae confessionibus excipiendis, nimis defatigari videretur: erant, qui precarentur, ut in sequens matutinum tempus reliquos reijceret, quibus ille in hæc verba, hilari vultu & præsenti animo, respondit; Nunc accedite filij, mane enim haud licebit; quam vocem prædictionis vim habuisse non multò post innotuit, cum denunciationi respondit euentus; licet tunc minime animaduersa, cum nullus supremū casum tam proximè impendentem suspectaretur. Sed alta iam nocte, ijs etiam, qui custodiæ gratia aderant, quieti traditis, sensim, ne cuiusquam somnum interturbaret lecto cōsurgens, uesteque induitus ad Ecclesiam, quæ vix à Patris cubiculo aberat, discessit, ibi scilicet vita spiritum reddi-  
cendum  
turus.

turus, vbi sanctæ professionis & religionis spiritum anteā hauserat; sed cūm fores clauibus obseratas offendisset, vehementer indoluit ingemuitque, & ad proximum Oratorium diuertit, vbi nixis genibus, ad momentū illud æternitatis arbitrum oratione se comparat, aduenientique Domino paratus occurrere studet; &, aliquan- diū supplicando ducta mora, manu scabellum, cui inhærebat, graui iēcu quatiens, quasi migrationis dato signo, irreuocabilem illam supremæ rei clausulam, ut erat in genua prostratus & in preces effusus (egregijs sanè suæ salutis indicijs) consummavit. Eo iēcu à somno exciti excubitores, vbi patrem lecto & cubiculo exisse eomperιunt, accurrunt ad proximum Oratoriū, vnde strepitus insonuerat, ibique genibus & scabello innixum, iamque extinctū deprehendunt. Tam repentinō inopinati casus euentū conster- natos vox & sensus, penèque spiritus defecit; sed nouum pietatis sensum, & admirationis vo- ces addidit ipsum mortis genus, quo Pater extictus est. Ut enim decebat verè religiosum virum & familiæ præsidem, alijs somno deditis, ipse orans animam egit. Ea res postera luce à Scipione Albano, qui primus rem literis con- signauit, funerique interfuit imò præfuit, & du- xit, ad Sanctum Carolum delata, cui Pater æquè notus ac carus erat, ersi tanti viri amissione admodum, indoluit mirificè tamen tam pio mor- tis genere defuncto gratulari visus est. Quam migrationem admirabiliorē apud me reddunt duo illa; alterum, quod eam præsenserit ac præ- dixerit;

174 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
dixerit; alterum, quod eam precibus impetrata, tam; non leuis coniectura confirmet. Hic ipse Angelus Hieronymi vitam egregio volumine, conscripsisse fertur, quod opus si ad nos peruenisset, vel me hoc scriptio[n]is onere leuasse, vel certe multò plura & maiora ad scribendum attulisset.

### *De Vincentio Gambarana.*

#### *Cap. I X.*

**V**Incencius ab Hieronymi obitu reliquias serè atatem omnem Bergomi Orphanorum, puellarumque regimini p[re]positus exegit tanta vita iuncto[n]ia, & christiane pietatis laude florens; ut cum Bergomenses tanquam virum sanctum omnino suspicerent multaque ab eo passim extra vires modumque naturae agris corporibus adiumenta afferri narrarent, que haud dubiam horum sanctitatem testarentur, quale fuit illud, quod subijcitur. In sancti Alexandri Æde quendam intuitus altero tantum genu infexo sacro interesse, matru id cognovis irreverentia vice fieri, hominem modestè admonuit, ut in xxi sacrificij bosco[m] alterum etiam infexeret, multum de decere Christianu[m] Ira[re]i sacræ adesset ille reiecto pallio, genuique dextro ostendit id bonu[m] vitio, sed intromitare fieri, a deo morbi vi offenso nemo, ut frustra illud inflexione[n]e contrahatur. Pater, homini ergo ita misericordia & magnæ fide plena, Propter interiore[m] animi affectu, agrum commissidat, ita manu que

que in formam crucis ducta , infirmam partem  
obsignat , & inter signandum blandè subiicit : at-  
qui ne vereare , frater , cum sacro adstas sacri-  
ficio , omnino deponere & hoc genu , etiam si læ-  
sum ; id enim utique Deo libitum ; cùmque ille  
experiri vellet , num succederet , plane sensit  
morbum omnem abstessisse , recteque postea  
semper eo genu conualuit . Vincentius vero do-  
mum reuersus , totis familiae preces ad gratias  
Domino referendas , auxilio sibi depositis , quod  
scilicet priorum pauperum orationibus ( vt illa  
aiebat ) debili Dominus reddidisset sanitatem ;  
ita videlicet auctore & magistro Hieronymo ,  
omnem præclari operis laudem in alios refer-  
re didicerat . Multa preterea passim tum ægris ,  
tum sanis , & animi & corporis subsidia præsti-  
tit , quibus in dies de eius sanctitate concepta  
opinio mirificè augebatur , donec tandem , quā  
apud omnes constans & singularis floruerit , obi-  
tus ipse indicauit , cuius per urbem vix euulga-  
ta fama , ingentem exciuit Ciuium multitudinem ,  
qui ad eius pedes vel manus osculabundi , ma-  
gna cum religione & lacrymis , dulcique sensu  
pietatis , se se abijciebant , permulti ad manus ,  
aut vestium contactus rosaria , & coronas pro-  
ferebant . Sed & ipsum funus , quæque funeris  
apparatum sunt subsecuta , clarissus , quām egre-  
gia sanctitatis opinione decesserit , confirmar-  
unt nam pauperrimi sacerdotis funebris pom-  
pa tam solemi apparatu est instructa , vt Cle-  
rus tum regularis tum sæcularis ne à domesti-  
cis quidem requisitus , adfuerit frequentissimus

cum

cum facibus , cereisque ardentibus , ad eius  
conestandas exequias : feretrum eleganter exor-  
natum subiectabant certatim nobilium colla ,  
maxima funalium ac luminum copia prose-  
quente ; nihil enim ad pompa speciem , quam  
maxime fieri posset , agendam piorum Ciuium  
charitas , & in Patrem amor desiderari voluit .  
Procedente vero funere , peracerba omnium  
exaudiens querela , ingens mortuorum vberimus  
fletus . Cum autem domi nullus esset sepulturæ  
locus , quando priuatum Sacellum domesticis  
raptum sacrificijs & familiæ commodo inser-  
uiret , in ædem Dini Dominici Fratrum Præ-  
dicatorum cadaver est illatum ( erat enim Vin-  
centius eius Cœnobij Patribus vnicè carus )  
absolutisque de more Ecclesiæ supplicationibus  
non sine cantu musicoque concentu , peculiari  
in loculo conditum est , quo à cæteris discretum ,  
ad posteriorum venerationem facilius seruare-  
tur , tam densa interim multitudine & frequenti  
populo ad oscula & contactum manus , aut ve-  
stimentum tum maxime conuolante , vix ut humano  
corpori amplissimo in Templo locum dare-  
tur . Placuit Magistro Fratri Paulo in eodem Cœ-  
nobio tum Lectori Patris sepulchrum hoc sim-  
plici , pioque Epigrammate exornare ; cuius po-  
stea exemplum nuper Bergomi inter antiquiora  
pij loci Diui Martini scripturarum monumen-  
ta nactus , hic ijsdem omnino verbis subiicte-  
vismus est . Sic autem habet .

Insigne

*Insigne pietatis Monumentum.*

**V**incentius ex Comitibus Gambaranis Parcensis, Sacerdos, cùm in huius seculi bonis magnus esset, Christi Iesu pauperiem fecutus, in humili societate Patrum Somaschæ, orphanorum ministerio se totum dedit: vbi qualibet virtute christiana excellens, cen fulgentissimum sydus, è Mundo sublatus, pios quoque mæstissimos derelinquit. **Dormiuit vir optimus Bergomi in Domino, quinto Cal. Iulij M. D. LXI.** Aliquot viri nobiles, & Religiosi orphanorum tutores & proprijs sumptibus, tumulo erecto, nobile quoque funus peregerunt.

Sed & hoc non omittendum, enixè complures curasse vt è paupere supellectile, quæ pio viro vsui fuerat, sibi quidpiam impetrarent tanquam sacram pignus astenuandum, sed admodum paucis è recula mos geri potui. Vidimus non multis ab hinc annis Bergomi apud Franciscum Pesantium piun Senem Vincentij cyazum, quo ad potum vtebatur theca coriacea inclusum, religiosè adhuc custodiri, qui etiam se Vincentij precibus multis in rebus passim adiuvari testatur. Cum verò multis post eius obitum mensibus, Diuī Dominici Templum demoliri necesse fuerit, quò Cinitas ad securiorem arcis formam accommodaretur, aliòque deferuntur mortuorum cadaucra; Vincentij corpus integrum repertum est, coelestem ex vrna iohannis odoris suavitatem; cumque Sancti Domini

nici Moniales Patrem ad se deferri enixè curarent cum alijs eiusdem ordinis fratribus, obstitere Sancti Alexandri Sacerdotes, qui locum intrà parætia finis asserentes Ecclesiam Parochialem suo iure, eoque pignore minimè spoliandam contendebant; &, post aliquam iuris disceptationem, Sancti Alexandri Ecclesiæ corpus est ab Episcopo adiudicatum; eaque occasione refricata quasi Patris memoria, excitata iterum est ad funus & pietatem magna Ciuium multitudo, & non sine pompa ad Sancti Alexandri conditum: donec tandem Patrum opera & studio recuperatum pignus Somascham est delatum, & Magistro Hieronymo appositum.

*Lectis nouis Comitibus, So-  
mascham redit.*

*Cap. X.*

**S**E D ad Hieronymitam redeamus, qui, anno  
iùs vertente, etiam solemnioris Conuentus  
tempus appeteret, Angelo Marco & Vincentio  
Comitibus, Papia discessit, abeunte multorum  
desideria & lacrymæ fane profectus, Mediolani  
pancis diebus coniunctus valijsque socijs vo-  
catis, pio ac nobili omniæ euancius, Somascham  
contendit. Mediolano autem diseeditis, Mer-  
tilim (oppidū est Brigantij montis) rectâ hospitijs  
gratia diuertebat ubi cùm illum multi hospitio  
sibi coniungere expeferent, vinciebat rāmen cō-  
petitores omnes benevolentia Rudijs, & cha-  
ritatis

ritatis ardore Franciscus Albanus, qui christianæ hospitalitatis partes adeò explebat abiunde, ut ad eum properans Hieronymus, comitibus dicere soleret ad Abrahamum nostrum diuer-tamus, quando nihil illi carius accidere potest, nosque adeò hilari vultu, & liberali opera excipit. Que postea Francisci in Hieronymū eiusq; disciplinæ alūnos christiana charitas, ad posteros etiam Albanae familiæ transmisla est. Ut enim ceteros raseam, eiusdem Francisci Nepotem suarum laudum preconem habuit Hieronymus Scipionem Albanum, qui ex nobili illorum ordine, quos Protonotarios Apostolicos appellamus, sacrae theologie laurea donatus, & Scalensis Ecclesiae Mediolani Canonicus, piam Hieronymini memoriam veneratus, atate iam graui, eius vitam breui, sed admodum graui commen-tario est prosecutus, quem viginti abhinc annis Mediolani excusum euulgauit. Somascham reuersus Hieronymus misericordiæ vniuersos exhi-larauit, ingenti ipse vicissim gaudio perfusus; cumq; per id tempus eò etiam reliqui primæ au- toritatis Patres conuenissent, fuis de more ad Deum precibus, habitaque ab Hieronymo in publico conuentu suo illo dicendi ardore, exhortatione, in communem deliberationem sunt vocata, quæ ad publicam rem facerent. Sed quid præcipue eo anno constitutum, nè diuina-re quidem nobis licet; adçò confusam & muti-lam harum rerum seriem vetusta autographa nobis tradunt. Libet tamen hic ad ipsam So-maschensem Domum Hieronymique familiam

iterum oculos conuertere , quam numero iuxta  
& virtute in dies augeri curabat; vnde currentes  
per se nouos alumnos , Angelum Marcum præ-  
fertim & Vincentium, acrius ad Christi vestigia  
incitabat, vrgebatque ad maiora, ostentato sœ-  
pè veteranis ad solatium pariter , & incitamen-  
tum eximio nouorum militum ardore , & profi-  
ciendi studio . Aderant tunc Soimaschæ , in nu-  
merosa valdè familia permulti non minus eru-  
ditionis laude, quām generis nobilitate prestantes,  
sed multò certè, quām terrena gloria, chri-  
stianæ humilitatis luce magis conspicui , & vir-  
tutum splendore suspiciendi . Quām gratum  
superis , hominibusque iucundum spectaculum ;  
& admiratione plenum fuisse dicemus , in cor-  
ruptissimis illius æui temporibus, Patricium Ve-  
netum intueri vitæ sanctitatem excellentem , rudi-  
tritoque vestitu , ac propè rusticano induatum ,  
frequenti cum illustrium virorum comitatu, non  
modo diuinæ legis imperata toto pectore ca-  
pessere , sed ardua etiam priscae pietatis studia  
colere , dura paupertatis incommoda perferre ,  
Crncis Christi probra maiore animi ardore  
prosequi , quām reliqui mortalium perditissimi  
fluxas voluptates consequentur ? In eadem verò  
familia cùm diuersa cernerentur ingenia , gra-  
dus, ætates, animi dotes , ac nationes , aliorum  
enim florentem iuuentutem egregia naturæ do-  
na commendabant ; multorum constans ætas  
exquisitis literis , & laurea etiam doctoratus or-  
nabatur ; aliorum sine literis sola vitæ probitas  
erat in pretio ; nonnullorum cana & ferè extre-

ma vitæ pars eximia prudentia erat verenda; Sacerdotio permulti erant insigniti, alij non item; tamen cum essent ex tanta varietate permixti, summa tranquillitate concordissimè viuebant, & pacatissimè regebantur. Quid hic verò operum exercitia, & illorum labores exequar? quos satis constat adeò in quotidianis ferè agriculturæ operibus pauperum causa defudare solitos, vt ipsos planè agricolas laborum assiduitate vincerent ac superarent? Verbis autem non satis assequi possem in tanta operum contentionе quotidianos nouæ familie cùm in omni varietate virtutum, tùm in charitate ergà Deum & proximos, tùm in sui despectione & abiectione progressus; siquidem, Hieronymo præsente & urgente, feruebant adeò in dies apud eos virtutum omnium studia, vt in illorum victu & moribus expressa quedam Apostolicæ religionis facies emicare videretur. Cùm verò multa interdum eleemosynæ gratia offerrentur, admodùm pauca admirtebat Hieronymus cetera pauperibus abundè dispertiens; siue quòd abundare, siue quòd suis ad meritum & pietatem emendicādi labore, vt rò delatis eleemosynis, præripi nollet: atqui extremæ plerūq; eleemosynarū paucitati, cibariorūq; omniū penurie & caritati, par etiam erat in Dei seruis patiētia vis, patiendi ardor, & pœnitentiæ cupiditas. Censebantur tunc in ea domo capita suprà sexaginta, indèque vel ad ordienda noua loca, vel ad cœpta adiuuanda, multiplicemque messis varietatem, pro re nata ab Hieronymo mitte-

182 *Vita Hieronymi Amiliani*  
bantur, è sancte contemplationis sinu, ac soli-  
tudinis tranquillitate in apertum actionis cam-  
pum, ad proximorum anima & corporis com-  
moda procuranda exire iubebantur.

*Nuo domicilie in Arce Somaschenſi  
conſtituto, ardentiū pietatis ſtudia colit.*

*Cap. XI.*

**C**V M verò apud multos propagaretur quo-  
tidie magis salutaris disciplina nomen, &  
fructus, & opinio famaque probitatis plurimis  
parta documentis ſemper novis augeretur vit-  
tutum experimentis; complures Somascham  
ad id pietatis ſpectaculum, & christiana probi-  
tatis officinam oculis contuendam, & viu ipſo  
degustandam, non modico itineris intervallo,  
connolabant; alij etiam mirifica virtutum fra-  
grantia illeſti, ad hos confluentes, ſe ſuaque  
omnia in eandem vitz societatem conſerebant,  
vt Hieronymus ad noni domiciliij molitionem  
animum adiſere fuerit coactus; ſive quod, do-  
mesticorum numerum cum dies ipſa progre-  
diens duplicascat, multis iam capitibus aucta  
familia ampliores poſtulabat zedes; ſive quod,  
affluenti multorum concurſu, nimium frequen-  
tari habitationem cerneret. Ut enim christia-  
na pietate admittebat eos iuuatque, quoad  
poſſet, qui vel ad impetranda apud Deum ſuf-  
fragia accederent, vel ut de rebus diuinis illas

808-

consulerent, aut Patrum monitis & suaui alloquio, aliquod ægrotanti animo leuamentum quererent: ita permolestus illi erat creber admodum, nimium frequens aliorum accessus, qui vel graui, & pia Patrum consuetudine illeci ad fallendum tempus, sèpius ædes frequenterabant; vel quadam, vti dixi, sanctitatis fama permoti, oculos & animum præsenti spectaculo tantùm pascere cupiebant; quorum accessum idcircò non admodum probabat, quòd singulis penè horis adeò amicam interturbarent sibi, & cæterisque quietem orationis, vel consueta in alios charitatis officia impeditarent. Adde, quòd solidæ humilitatis Magister, et si nō mediocrem de Patrum probitate, & integritate famam longè, latèque diffusam ad vnius Dei laudem referret; sibi tamen aut alijs vanitatis periculum creari exteriorum concursu nolebat, quorum aspectus blandè admitteretur, & laudantium voces aliquo cum inanis gloriæ periculo exciperentur. Quare abrumpenda abiiciendaque omni adicebat, quorū in voluptate & consuetudine aliquid ad perfectæ vitæ rationem impedimenti resideret, vel periculi timeretur. Per speciem igitur laxandi ædes, vtrique incommodo statuit occurtere, & nouum Domicilium alibi curare, bonaque familie partem eò transferre, qua de re solicitus, oculum primò proximæ Arci Somaschæ, totique valli imminentí adiecit. Abest Somascha ad milliare, vel eo amplius, quod totum alio difficilique accessu consumitur; ingenio loci, atque natura adeò munita,

ut non facta, sed planè nata Arx videatur, quæ inexpugnabilis cuinsque numeros expleat. Valli enim, Adduæque imminètes partes altissima præcipitia tuentur; alia latera innua montium iuga muniunt; inde verò missilibus, & tormentorum globis petitiones commodissimæ siue in Adduam, siue in subiectos Pagos & Villas: sed tunc omni ædificiorum mole diruta, & æquata solo, omnibus peruia apertaque iacebat. Inter ruinas exigui facelli vestigia Diuo Ambrofio dicati visabantur. Opportunus suæ illorumque stationi visus est locus, quod in summo æqua planities latè patens, veterisque ædificij signa nouis edibus extruendis sese offerrèt. Saxeа igitur in arce cellulis è vili rudiq[ue] materia vtcunque dispositis, & Sacello in primis Diuo Ambrosio veteri patrono instaurato, breui rude, & impolitum opus, magnis sanè Hieronymi, & aliorum laboribus, stetit; quando non fabri, operæne frequentes aceritæ, non pecunia in sumptus erogata, sed opus ipsi per se magna ex parte struere, materiā è sylvis suis manibus cædere, humeris conuehere, faxa & cémenta cōportare, & qua poterat arte, singula compone re, uno Hieronymo fabrilem, lignariam, cémentariam, & quamcunque usus coegisset, artem nō ineptè exercente. Sed cum cæteræ ferè opportunitates ad pauperum commodū suppeteret, una aquæ potabilis copia desiderabatur, ad quam suppeditandam, iubet Hieronymus cisternam sub ipsum facelli locum altae, admodum profunditatis, iustæq[ue] latitudinis ad aquilegium in

in saxo excuari. Difficile verò omnino apparebat pluiali aqua dumtaxat, è tam angustis ædibus collecta, aut excisæ concavitati, aut degentium necessitati satisfacere. Sed euentu plane admiratione digno, aliundè diuina prouidentia indigentia occurrit abundè, siquidem in ipsam cisternam subita pellucida aquæ vis & ad potum apprimè gratæ, nō quidem pluuiio celo collectæ, sed occultis terræ venis deriuatæ influxit indeficienti ad hanc usque diem copia; Spectabatur iam ædificium rudi, viliq; schema te absolutum, sed cœlestium virtutum splendore illustrè. Eo igitur recepti una cū Hieronymo è Patribus permulti, sanctæ pietatis studia maximè auxere, sacerdoti quotidie eo in facello sacris operanti summa cum pietate aderant, longiores ardentioresque in preces se se dabant, tū psalmodiæ, & rerum spiritualium inter se collationi sua spatia tribuebant, magna in primis vi- etus austерitate usi; ad corporis enim refectionē, statim horis imbricis tonitu aduocati, vili agrestique ciborum genere famem, frigida ferè similitudine mitigabant, enitente in primis aspera Hieronymi abstinentia, qui præter panem & aquā nihil fermè consueuerat ad quotidianum victū adhibere, quod tam difficile īeunium, ac penè incredibilem abstinentiam vix aliquando posse remisit; certè aquæ potum numquam omisit, licet magnam initio difficultatem magno cum naturæ fastidio se expertum fateretur, vt huiusmodi potionis dumtaxat delicatum assuetus esset stomachum: sed diuina gracia bene iuuā-

te,

te , constante ille voluntate, assiduoque usu omnem peruerit obluctantis naturæ vim , postremisque vitæ annis frigidam solum ad potum usurpauit . Quoniam verò diuinæ humanaeque charitatis studia, perpetuò se inuicem excipientium officiorum cursu ita temperare consuebat , ut neque diuinum studium ipsum redderet proximorum, & pauperum præsertim negligenter ; nequè horum cura à perpetuo cum Deo familiaritatis cursu auerteret; ad orphanos etiā eò trasferendos, animum adiecit ; quò facilius, post Sancta Mariæ otia , ad solita Martæ ministeria se conferret . Vno igitur Arcis fastigio Patrum domicilio occupato, remotiorem venatur pauperibus sedem , quam breui sibi illisque percommodam est nactus . Quà enim Adduam versus protenditur Arx , non continent excurrit tractu sed quasi duas in partes saxeæ moles distinguitur , iuxtaque spatij intercedine , duæ rupes illæ dissociantur . Sed incultus erat omnino locus dumetis, spinis, virgultisque obsitus ; visus tamen Hieronymo ad rem idoneus , quod inter prominentia ingentium rupium saxa , ad Domicilium construendum , interiecta appareret satis lata , quam dixi , intercedinis area . Itaque succidendis extirpandisque arbustis, loco purgando, manus omnium primus ad mouit Hieronymus , rudera permulta inutilemque materiem suis extulit humeris ; tum, repurgata area, æquato solo, egesta terra, scrobibusq; actis, posita sunt fundamenta, ducti parietes, impositum tandem fastigium; ut eodem, quo antea

Hiero-

Hieronymi labore & industria, b̄eui domuncula pauperibus excipiendis peridonea steterit. Quibuscum ferè degebat consuetis laboribus, & exercitijs occupatus; hic eorum morbis medebatur, hic de rebus diuinis eos instruebat, hic artium exercitia edoceri curabat, & si quando ad Patres in Arcis fastigio se se conferrebat, vel Somaschæ degentes inuisebat, aut circumiecta loca catechismi institutione lustraret, hilarius ad exiguam illam orphanorum vallem tanquam in quietis, & orationis portum redibat; ità enim locum appellabant, quòd inter summos Arcis vertices humiliori depressiorique loco concludatur, estque etiam hodie illi vulgo exiguæ vallis nomen, Vallettam vocant. Illud verò omni admiratione dignum non pr̄termitendum, quod hic accidisse tradiderunt, & qui rem oculis eo tempore usurparunt, & qui ab eisdem certa narratione acceperunt, eo scilicet in loco cum aquæ inopia maximè fuisse Hieronymo obluctandum, quæ ad nullum prorsus suppeditabat usum, neque unde colligi, aut hauriri posset, omnino apparebat. Sed admirabilis planè diuinæ bonitatis vis indigentibus assuit, siquidem nouo, & ad eum diem (quod quidem sciri possit) eo in loco inusitato euentu, ex alta montis rupe ipsoque saxo erumpente aqua, & sensim gutta iugiter perstillante, subiectoque vase collecta, abude in omnes usus & cibi, & potus, & ablutionum suppeditabat. Ad annos permulzos integrum illetit, post Hieronymum Domicium, donec & vetustate, & assiduis imbris ruente

188 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
ruente primū fastigio, dissolutaque contignatione, & parietum cæterorum compage delapsa atque disiecta, nemine penitus reficiente, corruit vniuersum. Sed proximis annis Patris Bartholomæ Brocchi Somaschenis domus Præpositi singulari pietate & industria iterum repurgato loco, ducto muro, instauratoque ædificio, cœpit pristina religio longo veluti postliminio veteri suo loco restitui.

*Venetias reuertitur.*

*Cap. XII.*

**Q**uintus iam annus fermè appetebat à Hieronymi discéssu Venetijs, quod totū tempus in Gallia Cisalpina multis rebus, è communī animarum salute, Deique gloria præclarè gerendis, impenderat: cum Venetæ reuersionis, & videndæ Patriæ occasionem quædam pietatis opera attulere, quæ iamdiu inchoata Parentis opem, qua perficerentur, postulabant. Sed & ipsum visitationis tempus Hieronymi reuersionem vrgebat; nam piæ institutionis propagandæ consilium ne alicubi in sodalium pectoribus congelaret, vèl obiectæ difficultates bene copta retardarent, certam anni partem locorum visitationi destinarat, quam pedes semper obibat. Cum igitur modo ex Insubriæ locis rediret, alia etiam in Veneta ditione posita aliquando reuifere statuit; licet enim domus illas periti, & integri moderarentur administri, ad vniuersa tamen amolienda, quæ suborirentur, incommoda

moda eius præsentia permagni erat momenti; quin etiam extra ipsum tempus visitationi si quid vspiam priuati negotij accidisset, in quo præsens ipse vtilem operam præstare posset, eò subinde accitus impigre se conferebat. Quare locum etiam cæteris antiquorem, ex longo annorum interuallo, reuisurus, in viam se dat. Venetias vt appulit, quam ingenti animorum gaudio, & quam multis officiorum obsequijs fit exceptus, quippè iam sanctitatis fama, & multorum operum gloria inclytus, silētio faciliter, quā oratione consequi possim: sed non minori fortè lætitia & ipse perfusus ex eius loci inspectione, qui veluti primus laborum suorum fructus, & industriæ fœtus, ei maximè semper cordi fuit; quo in loco tam affinium, quam amicorū omniū nobili hospitio constanter recusato, veteri sua consuetudine inter Christi pauperes esse voluit, ubi omnia vidit summa cum voluptate meliora esse facta, familiā in primis, quam ipse abiens reliquerat multò maiorem, accessione videlicet tum puerorum, tum operarum non exigua. Ibi aggressus vniuersa de more reconoscere, colloquium cum unoquoque instituebat, de animæ corporisque rebus edoceri, de totius familie regimine commonefieri volebat; idque singillatim, & remotis arbitris, quò liberior omnibus animi sensa de promendi facultas esset: quæ dicerentur, attente & diligenter excipiebat: metu vel verecundia inter loquendum fortè hæsitanti, oris, & vultus hilaritas, tum blanda subinde interpellatio animos ad dicendum addebat. Si

quid verò vel ad communem familiæ gubernationem, vel ad priuata cuiusquam commoda, sua opera procurandum aut constituendum erat, id totum prudenter & opportunè præstabat; nec ferè quisquam erat tristi cōtractoque animo ad Hieronymum accedens, qui depulso mœrore disiectaque tristitiae nebula, hilaris & latus ab eius colloquio non rediret. Sed, cūm domi rebus omnibus prudentia & diligentia pari prospiceret, foris etiam non tenui elaborabat prouentu; frequentissimi ad hominem confluabant, sed, magno etiam animorum commodo reportato, discedebant; adeò enim vberes cœlestis discipline riuos in omnes deriuabat, vt salutari bus monitis, & rerum cœlestium ardore complerentur vniuersi. Vnum inter cætera sunt Veneti ei tempore in Hieronymo admirati, quod miseram scilicet perditorum hominum vicem, tam acerbo animi sensu indoleret; vt nullam capere quietem, nullo frui commodo posset, donec ab exitiali animæ sapore, & longo scelerum veterno sopitos excitaslet, & lethali noxa facta medicina, ab inueteratis abstractos flagitijs, ad sanitatem traduxisset; id verò tanto cūm animi ardore, & in perditissimos quosque paterno benevolentia & charitatis affectu procurabat; vt id vnum omnibus maxime esset admirationi vere tum illud oculis cernentibus, quod S. Gregorius aiebat: *Qui à vera iustitia compassionem habet.* Quam magno successu quanto animarum prouetu in hoc opere laborarit, piget hic susiūs referre, cūm in promptu sit coniectura asséqui,

si mo-

si modò Hieronymum satis hucusque nouimus. Abeunte iam anno , discessit , duoque maximè hominis profectionē nobilem reddiderūt atque illustrem; alterum aduentantis suæ mortis vaticinatio , alterum communis omnium fletus & ingens mœror: amico enim illi suo perfamiliari , cuius supra meminimus , eiusque posteà vitæ Scriptori , & alijs , iam digrediens aperte significauit , suam ex hac vita migrationem , non multò post hunc Venetijs discessum , subsecuturam ; proinde ita valerent , veluti Hieronymum non amplius in hac vita reuifuri . Nec vana cecidit denunciatio : vix enim elapso anno , Somaschæ obiit Hieronymus . Tām ingens verò omnium fletus abeuntem est prosecutus , ut occubentem verius , quām discedentem flere viderentur ; meritoque illud hoc loco usurpare nobis liceat : *Magnus autem fletus factus est omnium: dolentes maxime in verbo , quod dixerat , quoniam amplius faciem eius non essent visuri : & deducebant eum ad nauem .*

AS. 20.

Venetijs rediens , mira abstinentiae documenta edit in itinere .

Cap. XIII.

Q VÆH p̄fens & proximum sequens caput rei eis , scio ab alijs tanquam ab Hieronymo gesta , cum primum Venetijs discessit , sexq; ab hinc anno recenseri . Sed grauiter turbato sine dubio temporum ordine , & historia veri-

veritate, ut ea fidem faciunt, quæ Pater Euange-  
lista Auratus olim Præpositus noster Generalis  
plane sanctæ memoriarum vir à Stephano Bertazo-  
lo Salodiensi Sacerdote accepta literis consi-  
gnauit, qui vñā cum multis alijs hoc tempore  
fuit Hieronymi in itinere comes, & rerum tunc  
gestarum inspector. Hic de Hieronymi rebus à  
Patre Euangelista aliquando Salodij interrogata  
ratus hæc, quæ dicemus, aliaque plura, testis ocu-  
latus, apud eum depositus, singula scripto exci-  
piente Patre Aurato, quod adhuc apud nos sua  
manu exaratū afferuatur, ut nulla prorsus men-  
dacijs suspicio penes eos residere possit, quibus  
eximia tanti Patris integritas est nota, & Ste-  
phani item optimi Sacerdotis commendata mo-  
rum probitas. Ita igitur se res habuit. Cum Ve-  
rona Salodium discedens vix ad Martinianos  
campos peruenisset in nobilem plane comita-  
tum incidit (diuina scilicet prouidentia illustriū  
virtutum exemplis testes submittente) Salodio  
enim Veronam Stephanus Bertazolus Salodiens-  
sis Sacerdos, Bartholomæus, & Ioannes Baptista  
Scaini fræres paulò ante aduenerant; vt veterem  
amicum Ioanneum Petrum Caraffam, tum apud  
Matthæum Gibertum Antistitem Veronensem  
commorantem, Romamque statim discessurum  
officij causa consulutarent, & nescio quid ne-  
gotij cum eo transigerent, quo mutuæ beneuo-  
lentiæ officio persoluto, Salodiensem Patriam  
repetebant: Hos igitur comites calu nactus Hie-  
ronymius pedes subsequebatur equitantes. Sed  
illi, cù vacuos etiam adducerent equos, iubent  
vnum

vnum Hieronymo admoueri, enixeque rogant,  
vt conſcindat; verū ille gratijs actis, & collau-  
data comitum humanitate, eo beneficio vti no-  
luit; cumque precibus ardentiū vrgeretur, ad-  
duci non pótuit, vt annueret. Pſcheriam vt ven-  
tum est, Cenomanorum oppidum opere, munī-  
tione, & amēnitate cōſpicuum, ad Mintij caput  
inter duas nobilissimas vrbes Mantuam, &  
Veronam, aliquandiū ſubſiſtunt, ſinē loci amē-  
nitate illeſti, ſinē itineris fatigatione coacti, &  
data quiete corporibus, menſam ſterni iubent,  
quaꝝ laute admodum instruitur pretiosioribus  
piscibus ē vicino lacu Benaco allatis; ad Sep-  
tentrioñem enim Mincio, ad Meridiem conti-  
nenti, ad occidentem autem Solem Pſcheria  
Benaco iungitur, Orientem Arx nobilissima  
ſpectat. Vescebantur alij autioribus cibis ſatis  
naturæ, & appetitui indulgentes, Hieronymus  
in eadem menſa ſolo pane & aqua contentus;  
nullis conuiuarum officijs, nullis ciborum vel  
gulæ irritamentis perpelli potuit, vt quidquam  
aliud ad eſum, admitteret. Cui cum poſtremò  
Stephanus illud tam vulgo protritum, quaſi per  
iocum, obiſceret: omnis repletio mala, panis  
autem peſſima; arridens Hieronymus vtique  
verum eſſe dictum respōdit in ijs, qui plus æquio  
eo cibo ſe replerent. Quod certè ab eo longè  
aberat qui ne in cibario quidem pane, quidquā  
de ſtrictis tēperantia legibus remitteret. A prā-  
dio iter repetentes, Salodium perueniunt: apud  
Bartholom̄um iuitatus diuertit Hieronymus.

veritate, ut ea fidem faciunt, quæ Pater Euange-  
lista Auratus olim Præpositus noster Generalis  
plane sanctæ memoriarum vir à Stephano Bertazo-  
lo Salodiensi Sacerdote accepta literis consi-  
gnauit, qui vñā cum multis alijs hoc tempore  
fuit Hieronymi in itinere comes, & rerum tunc  
gestarum inspecto. Hic de Hieronymi rebus à  
Patre Euangelista aliquando Salodij interroga-  
tus hæc, quæ dicemus, aliaque plura, testis ocul-  
latus, apud eum depositus, singula scripto exci-  
piente Patre Aurato, quod adhuc apud nos sua  
manu exaratū afferuatur, ut nulla prorsus men-  
dacijs suspicio penes eos residere possit, quibus  
eximia tanti Patris integritas est nota, & Ste-  
phani item optimi Sacerdotis commendata mo-  
rum probitas. Ita igitur se res habuit. Cum Ve-  
rona Salodium discedens vix ad Martinianos  
campos peruenisset in nobilem plane comita-  
tum incidit (diuina scilicet prouidentia illustriū  
virtutum exemplis testes submittente) Salodio  
enim Veronam Stephanus Bertazolus Salodiensi-  
sis Sacerdos, Bartholomæus, & Ioannes Baptista  
Scalini fratres paulò antè aduenérant, ut veterem  
amicum Ioannem Petrum Caraffam, tūm apud  
Matthæum Gibertum Antistitem Veronensem  
commorantem, Rōmamque statim discessurum  
officij causa consalutarent, & nescio quid ne-  
gotij cum eo transigerent, quo mutua benevol-  
entiæ officio persoluto, Salodium Patriam  
repetebant: Hos igitur comites calu natus Hie-  
ronymus pedes subsequebatur equitantes. Sed  
illi, cū vacuos etiam adducerent equos, iubent  
vnum

vnum Hieronymo admoueri, enixeque rogant,  
vt conscedat; verum ille gratijs actis, & collau-  
data comitum humanitate, eo beneficio vti no-  
luit; cumque precibus ardentijs vrgeretur, ad-  
duci non potuit, vt annueret. Pisceriam vt ven-  
tum est, Cenomanorum oppidum opere, munici-  
tione, & amēnitate cōspicuum, ad Mintij caput  
inter duas nobilissimas vrbes Mantuam, &  
Veronam, aliquandiū subsistunt, siue loci amē-  
nitate illecti, siue itineris fatigatione coacti, &  
data quiete corporibus, mensam sterni iubent,  
quaꝝ laute admodum instruitur pretiosioribus  
piscibus ē vicino lacu Benaco allatis; ad Sep-  
tentrioñem enim Mincio, ad Meridiem conti-  
nenti, ad occidentem autem Solem Pisceria  
Benaco iungitur, Orientem Arx nobilissima  
speciat. Vescebantur alij lautoribus cibis satis  
naturæ, & appetitiū indulgentes, Hieronymus  
in eadem mensa solo pane & aqua contentus;  
nullis coniuvarum officijs, nullis ciborum vel  
gulae irritamentis perPELLi potuit, vt quidquam  
alind ad esum, admitteret. Cui cum postremo  
Stephanus illud tam vulgo protritum, quasi per  
iocum, obijceret: omnis repletio mala, panis  
autem pessima; arridens Hieronymus vtique  
verum esse dictum respōdit in ijs, qui plus aequo  
eo cibo se replerent. Quod certe ab eo longe  
aberat quine in cibario quidem pane, quidquā  
de strictis tēperantia legibus remitteret. A prā-  
dio iter repetentes, Salodium perueniunt: apud  
Bartholomēum iūnitatus diuertit Hieronymus.

*Acta eius Salodij, & Brixiae.*

## Cap. XIV.

**N**ON amplius, quām tres dies Salodi; com-  
moratus est, sed non sine magno cum ani-  
morū fructu; illistrumque virtutum exemplo,  
equibus duo insigniora quæ ibidem accidisse  
referuntur, subiiciam. Conuenerant sequenti  
die apud Bartholomæum Scainum reliqui pri-  
diani itineris comites ad prandium vocati, ille  
quò amiciùs nouos hospites exciperet, satis co-  
piosam & lautam instruxerat mensam; cumque  
iām accubuissent, & vix primis gustatis epulis,  
subinde laudatores inferrentur, Hieronymus, ita  
commotus est, ut in lacrymas effusus, eductis abi-  
mo pectore suspirijs, cooperit seipsum grauissi-  
me reprehendere, ac de præsentis mensæ laudia  
grauiter accusare; idque tanto doloris sensu  
& ardore verborum, vt aliorum etiam lacrymas  
excinerit vberitim, qui Hieronymi temperantia  
vehementer permoti & ipsi dapibus reiectis, nec  
dissimulare internum animi sensum, nec coerce-  
**Zib. 4. c. 8.** re erumpentem fletum potuerunt. Res certè fuit  
tām admiranda, quām insolita. Hieronymus  
enī vietus licet parcissimus, & abstinentiae  
perfudiosus, interdum tamea nobilium, & po-  
tū, Christi exemplo, conniuia non asper-  
nabatur; vt per eam occasionem, quandō ceteræ  
decesserint, viam sibi, ad instillandum eis aliquid  
de suo spiritu virtuteque, muniret, & se copem  
blandumque omnibus præbendo, omnes Chri-  
sto

sto lucritaceret. Et ante quidem apud alios vi-  
 citans, appositis, ex eiusdem Christi doctrina,  
 cibis, uti consuecerat: ut permirum fuerit, eo  
 die apud Scainum à lacrymis sibi temperare non  
 potuisse; quin adeo grauiter in abstinentiæ le-  
 ges peccasse sibi visum; ut, remotis dapibus,  
 hospitalis mense lautitiam, triduano ieiunio pa-  
 ne & aqua traducto, vindicaret. Præbuit ea res  
 gratum & salutare spectaculum omnibus Hiero-  
 nymi abstinentiam & religionem admiranti-  
 bus. Sed interim, qui cibi & gulæ blandimen-  
 tis capi non potuit, amœnitate loci & iucundi-  
 tate plus nimio ferè captus est; solitudinis enim  
 cupidissimo arrisit quammaxime tūm Salodien-  
 sis Patriæ, tūm Benacensis oræ amœna iucundi-  
 tas, quām haud ingratam arbitror, legenti, fu-  
 turam, si subiiciatur. Benacus celebris est tota  
 Italia lacus, cuius longitudo ab occasu brumali  
 ad aquilonem triginta passuum millia excurrit,  
 latitudo admodum minor. Cœlebs non degit  
 Sarchæ & Ponalis fluiorum dignatus connubia;  
 à septemtrione Sarcham, à Borea Ponalem  
 bibit; hic è Valle Leudri per auia & abrupta  
 montium in lacum demittitur; ille verò è Nam-  
 bino monte exortus, perpetuo, & sonoro flu-  
 minis amne subiectam Randenam vallem scin-  
 dit & irrigat, donec in Benacum euoluatur. Nec  
 sterile coniugium, nām quā ad meridiem vergit  
 Benacus, Pisceriamque interluit, nobilissi-  
 mam sobolem Mincium flumen latissimo gur-  
 gitè ex se fundit, Pisceria ipsa suo in sinu pa-  
 rienti Benaco obstetricis vices persoluent.

Permirus autem est , quam multis magnisque hinc indè torrentibus ambiatur, qui ad exigue adhuc prolis incrementa nouumq; scetum alienum blandè nutricis munia subeuntes , veluti turgidis papillis mammisq; perpetuò tumescen tibus , nouos latices vberi vena fundunt . Casianus è monte Baldo tanta aquarū copia diffuit, vt fluvij nomen apud aliquos innenerit , ferèq; pares recensentur , qui eadem ex parte propè Brenzonios & Malsesinenses perenni aquarum fluxu è montibus riunt : nec inferioris notæ altera ex parte Barbaranus, Bornicus, Brafa, cæ terique , qui montes præcipiti cursu & sinuosis flexibus intersecantes in lacum influunt . Altissimæ profunditatis Benacus in medio esse dicitur; reliqua aqua ità perspicua apparet, vt in imo alueo minima quæque pellucide admodū & distinctè conspici possint . Sed vt facili amænaq; nauigatione transmittitur, dum nullo agitatur vento ; ità violentus & minax , vbi vel tenui tempestate turbari ccepit . Optimorū pisciū feracissimus, inter quos Cyarini, Carpiones vo cant , omnium consensu principes habentur : illustrium conuiuiorum exquisitissima ganea , eruunturq; hi solum ex profundis aquarū sinibus, nō minori pescantū labore, quā discrimine , cùm improvisa, ac subita tempestate lacus concitus , terribili furentiq; assurgat & intume scat fluxu . Placet hic, quæ de Carpionū pescatione Poeta non ignobilis cecinit, adscribere.

Nec Carpio captu,  
Est facilis, non esca tibi, non farra paranda;

Reti-

*Pl.lib. 32.  
cap. 11.*

*Iodocus  
Berganus  
in Bea-  
tib. 9.*

Retibus extrahitur tantum. Sint retia curæ.  
Hæc bis centenas longa extendatur in vlnas.  
& rarsus non multò post hæc eadem subiicit.

Nam Carpio sèpè pererrat  
in bis centenos (abstrusa cubilia) passus.  
nec absimilia sunt, quæ in eadem sententiam  
eodem libro repetit.

Nec verò loca, cùcta lacus sunt còmoda votis,  
Nate, tuis, vada cum semper mediocria ténat  
Carpio, & occulti subeat stabula alta profun-  
Ergo, vadis spretis, altum pete. (d)  
Sed hæc satis. Benaci ripas inspiciamus, in qui-  
bus hinc inde ab utraque parte antenissima lo-  
ca, & cultissima oliueta spectantur, quibus horti  
passim interiecti sunt, odoriferis consiti arbori-  
bus Citris, Medicis, Massilicis, Litmis, alijsque  
fragrantiam & odorem reddentibus, felicique  
pronentu hæc omnes arbores ibi propagantur  
& adolescentur: nec desunt personantes riujs &  
obstrepentes gelidissimæ fontium pereanitates:  
inde enim frigello frigidissimo fonti nomen  
factum aiunt. Est in ipso lacu ad meridiem bre-  
ui tractu & sublico ponte à terra discretus Sy-  
mio Catulli Poetæ elegantissimi & natalibus &  
carminib. celebris Vicns: cuius situ nihil ame-  
nius, & ad vasta lacus, asburgéatumque montium  
spatia longè lateque despectanda, comodius:  
vbi miræ antiquitatis nobilissima vestigia cer-  
nuntur aqueductus, & ant rati fornicate opere &  
concamerato amplissima. Non iſ frequentibus  
vetq. Oppidis ac Vicis, Benacensis ora habita-  
tur: dicit enim ad Borzam Montes asurgant

asperrimi, qui lacum ab omni ferè parte circum-  
ambiunt, eorum tamen imi colles ac omnis ra-  
dicum ambitus per Oppida, & Vicos frequens  
incolitur; ad eam enim partem inflexo nauiga-  
tionis cursu, in conspectu sunt Madernum, Tu-  
sculanum, Fasanum, Gardonum, Portesium, Bo-  
iacum, Gargnæum, Limon. Nec vlla forte illu-  
strior Benaci corona ea nobili Pagorum serie, &  
aspectu. Oram illam, quæ Veronensem agrum  
spectat, Lagisium, Bardolinum, Garda, Brenzo-  
num, Malsenum non ignobiles Pagi cingunt.  
Brixieni verò obiacent Riuoltella, Delentianū,  
Minernium, Felicianum, Monigum. Nec reti-  
cendus inter ceteros humilio Vicus Nacis, vi-  
dè Benaco nomen factum plerique arbitrantur:  
Ex ea parte, qua Montem Baldum recta prospe-  
ctat, intra colles montesque ad milliare, & eo  
amplius excurrit Benacus, lateque expatiatur.  
Ingredienti sinum, dextero in latere sese obij-  
cit Salodium egregio situ & per amœno, licet  
angusto; profundo enim admodum lacu una ex  
parte alluitur, & montium radicibus ex altera,  
ad lacus ferè ripam excurrentibus premitur,  
nē adeò latè ubique expatietur. Ceterum quā  
montibus commissum, quā lacu coercitum, ob-  
longam in figuram se explicat, nobilemque, &  
satis amplam incolis præbet habitationem.  
Quæ pars Benaco imminet, multiplici conti-  
gnatione ad liberum aquæ, montiumque aspe-  
ctum extollitur, podijs elegantibys, pictura, aut  
opere albario exornata, ut accedentium oculos  
non iniucundè excipiat. Veneto Magistratui

cele-

celeberrimo Oppidi loco stat amplum & illustre prætorium, additis ad prospectum pergulis, ac menianis commodisque ambulationibus quas oblectationis causa penerret Prætor. Octo & eo amplius animarum millibus Oppidum frequentari dicitur, ciuili sanè & per honesto hominum genere, cumque aliarum rerum, tum eruditio[n]is ingenijque gloria omnino nobili: & inter cætera Benacensis oræ Oppida merito ea Patria princeps. Hieronymus igitur, (vt paulum egressus ad eum me referam) loci naturam diligenter contemplatus, statim solitudinis amoenitate pellectus, audiissimè se in sylvas & sanctæ otia solitudinis rapi sentit eumque sibi ad remotum aliquem recessum parandum, aptissimum iudicat; quando montes frequentem hominum accessum arcerent, subiecta vero loca & ad stipem colligendam, & ad diuinæ sapientiæ & semina iacienda, proximosque subinde iuuandos, maximè commoda es[er]ent. Itaque actuose vita labores cum solitariæ quiete, illius pericula & ærumnas, quas iamdiu expertus erat, cum huius securitate & gaudio commutare deliberat: sequi iām ultimæ laborum metæ, vt animo præfigebat, vicinum, solito ardenter contemplationi & solitudini impensius, tradere omnino decernit; neque inde ad socios, vel inuisendos, vel adiuuandos pro re nata nisi euocatus, & raro admodum exire. Adhibitis igitur comitibus & amicis, tutus est quæsitus per eos dies contemplationi recessus; sed, Deo utique aliter statuente, nihil unquam occurrit, quod Hieronymo satisfaceret;

200 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
difficilem rei cumentum tertio die diligentius  
ille cum Domino in oratione expendens, statim  
rem illam minus Deo gratam interiori lumine  
est admonitus. Quare blandientis sensus de-  
ceptione, proprieque voluntatis, & priuati com-  
modi appetitu deprehenso, proxima statim lu-  
ce, veluti insanientem sensum correcturus, Sa-  
lodio ad Brixenses Cenomanos discessit. Ami-  
cis verò illis adeò pia Hieronymi memoria pec-  
tori semper hæsit, vt illi perpetuò addictissimi  
vixerint. Scaini certè nullum ynquam in Hiero-  
nymum, ciusque alumnos humanitatis & benc-  
uolentiaz officium prætermisere: cuius rei fidem  
omnino faciunt Hieronymi literæ familiares  
ad eos datæ, quæ adhuc apud nos leguntur.  
Bertazolus autem vel breui Hieronymi consue-  
tudine & vsu ita est ad pietatem traductus, vt  
excellentis admodum probitatis & integerrimi  
Sacerdotis exempla reliquerit; opulentum enim  
Sacerdotium (duorum imillium aureorum dici-  
tur fuisse) sponte dimisit, paterno censu con-  
tentus: in maiori Ecclesia Salodiensis pœnitен-  
tibus operam dedit assiduam: ibidem quotidie,  
non sine magno pietatis sensu & lacrymis, Li-  
turgiam fecit, & sacram synaxim multis per  
confessionem expiatis, impertinuit: denique etate-  
rem omnem ad extremam usque senectutem, affi-  
duis pietatis officijs & charitatis laboribus, tra-  
duxit. Brixiam verò Hieronymū per id tempus  
euocabat etiam cōmunis sociorum conuentus,  
quem hoc anno pridie Nonas Iunij ibi habitū,  
cum sexdecim eo loco conuenissent vel fami-  
liarum

liarum præfecti, vel aliae primæ notæ Patres vetera autographa ipsius Hieronymi manu annotata, docent. His rebus Salodij, Brixianque peractis, Somascham contendit.

*Remotioris solitudinis desiderio incensus,  
nouam sedem in Arce sibi constituit.*

Cap. XV.

**S**omaschensi suæ solitudini atque adçò. sibi <sup>i 53 7.</sup> ~~satis 56.~~ ipsi restitutus, & externarum curarum tumultu tantisper vacuus, ad vitæ suæ rationes diligentius explorandas, seque ipsum ad vnguentum vique exentiendum de more conuertit. Atqui sedulò sanctæ huic disquisitioni vacanti scrupulus hic unus, ac veluti aculeus injectus est, quo cœpit vehementer solicitari, & angi, quòd scilicet per tot annos Christi vestigijs insistens, tamen remisse nimis ac frigide mestem ad eius, cœlestem disciplinam applicuisse videretur: quæ una cogitatio cum hominis animum & salutis, obtinendæ, & diuinæ gloriæ augendæ cupidissimum, dies noctesque solicitorum vehementissime haberet, de maiori etiam spiritualis vitæ profectu, sequiorisque pœnitentiaz studio cogitare, cœpit: quippe in Dei via cum ceteris exemplo & admirationi pariter efficit sibi tamen vni nup̄ quam satisfaciebat. Inger hos autem animi matus, ructus igniculus ille solitudinis Salodij excitatus adçò. solitudo vehementior reuixit, ardenterque flamma erupit; ut ad ipsam eremi solitudinem

tudinem , seu Paradisum tota mentis auditate singulis horis inflammaretur Hieronymus , & plane irrequieto animi motu deferretur , quo scilicet rerum cælestium contemplationi liberiū vacare , quoque vni Christo , ab alijs rebus omnibus planè alienus , & ab interpellatoribus vacuus , adhærere posset . Ad colligendam enim mentem , proximorum institutione & congresu distractam , salutare admodum experiebatur per aliquod tempus aliorum vitare frequentiam . Itaque diligentissimè per aliquot dies remotior adhuc quæritur pœnitentiæ & contemplationi secessus , sed nihil ad rem occurrebat . In Arce autem ipsa , quâ tota fronte Somascham Vallinque spectat , profunda apparet latebra , sed adeò prærupto & confragoso situ , vt hominum indicio inacessus videretur locus ; hanc eminus visam , sibique opportunam ratus , cominus etiam lustrandam statuit , sed nulli aditus , semitæ nullæ ad latebram apparebant , omnia dumis horrida , densis vepribus obsepta , & præcipiti loco adeò impedita , vt ferro & lacertis efflent enata virgulta excindenda , manibusque ramusculi & frutices , ad progrediendum , hinc inde carpendi . Igitur cum omni difficultate accerrimè oblitus , illuc tandem adrepens , peruenit , locumque attentè contemplatus , ibi sua solitudinis remotissimique recessus sedem legit , Cellulam & oratorium extruere , totumque opus suis manibus absoluere constituit ; nec interiecta mora , quod animo propôsuerat , opere complere aggreditur . Res ipsa fidem omnino

exce-

excedere videatur, si cui loci natura nota sit, vt, quò sine ullo onere vix validissimus adrepere posset, eo tamen benè onus accederet Hieronymus; conciderant in tanta vitæ asperitate, laborum defatigatione; & corporis conflictu iam penè vires, & viuidum illud firmæ constitutionis robur prorsus elanguerat, sed cœlesti virtute naturæ imbecillitatem superante, firmus & erectus animus, attritum ieunijs corpus ac debile, lapidum, lignorum, sabuli, aliarumque rerum oneribus supponere non verebatur, suis ille humeris materiam conuehebat, suis aptabat manibus, & quidem ex infima Adduæ ripa ad eam usquæ summitatem sabulo deportato. Non deerant è Somaschenisibus, qui hominem onustum & tam difficiili opere implicitum intuentes, ultrò seipso ad materiam comportandam, opusque absoluendum, per benignè offerrent, quibus ille comiter actis gratijs, ita respödebat: quandò in Cœlo meriti præmium solùm in terris laboranti responderet, perinde esse, sibi labore detrahere, ac cœlesti præmiū imwinuere, quod nulla ratione factum vellet. Absolutum tandem opus mirifice Hieronymum exhilarauit, quod nihil aut ad sanctæ solitudinis otia commodius, aut ad aspectum amoenius desiderari posset. Difficili enim ac penè imperuio accessu ab hominum congressu remota solitudo molestos cœlestis contemplationis interpellatores repellebat; edito vero & patenti loco sita subiectum, Vallis tractum, & anfractus, flexuosaque omnium locorum excursiones, & vicoru[m] interualla, tum

lata

lata Adduæ spatia sese in lacum diffundentis ,  
 ità intuentibus obijciebat , vt tām vario & ele-  
 ganti ferum aspectu oculorū acies quantumlibet  
 fatigata , maxime recrearetur . Tām abdi-  
 tūs recessus eremi nomen ad hāc vsque tempo-  
 ra loco facit . Ex area domunculae Orphano-  
 rum ad eremum suām sibi ille viam perfoderat  
 & aperuerat : nec enim admodum longo tra-  
 etu ab eo domicilio distabat ; quō cāteri solu-  
 tus curis , tanta cum alacritate & celeritate se  
 proripiebat , vt ad suos illum elysios propera-  
 re dixisset , vbi solutus curis humanis , maiori  
 cum incunditate , quoad licet delitescebat ,  
 quam si totius Orbis delicias , angusto secum  
 in eo terræ foramine clausisset . Eo autem re-  
 cessu sanctæ contemplationis pœnitentiæque  
 studium maxime est auctum : ibi breuiores ,  
 quam anteā somnos , sēua hyeme & cœlo obri-  
 gente , de nudo solo carpere ; corpus arctiori  
 inedia castigare , perennilactymarum fonte ma-  
 nante , superioris vitæ fordes animaque macu-  
 las abluere , asperiori verberum flagellatione pa-  
 trata in Deum scelera dignis pœnitentiæ fructi-  
 bus emendare : cœlestium autem & æternorum  
 meditationi intentus , adeò in eorum suavitate  
 conquiescere , dulcique in somno diuinæ con-  
 templationis consopiri , vt iam Paradisi delicijs  
 interesse Deoque ipso se totum , quam maximè  
 posset , explore videretur . Prodebat se tunc ma-  
 xime assiduum hoc orandi studium & arctior ,  
 quam anteā , cum Deo consuetudo , cīm ex vni-  
 bratili illo solitudinis recessu in solem ac pul-  
 nerem ,

tatem, ad ceteros iuuandos & instruendos, suo  
 tempore euotaret; quam enim totus Deo ples-  
 nus, quam cœlestibus auctus ~~inuenit~~ & caco-  
 illo montis latibulo prodibat? Si ad Dei amore  
 aut alia erant socij cohortatione inflammati,  
 id ille præstabat tanto pietatis ardore, ut spiritu  
 tali illo igne, quo pectus feruebat dicentis, con-  
 flagtarente propemodum vniuersi, & vrenti illa  
 voce, quancumvis frigidus incenderetur audie-  
 tor, possetque expertus Dominus dicere: Ignis  
 tuus eloquens eum vellemos. Abunde sciri-  
 ceret enim Hieronymus, quod propinante die  
 ultimo Spiritu ~~in~~ uita quiete, biberat, & totus  
 diuino amore percutitus, factus inserviret.  
 Si quæ vero charitatis ~~obligatio~~ ministrare, sibi  
 Hieronymus tam nouo & inusitato seruore,  
 tanta cum significatione, insolita curæ virtutis  
 deposcebat & exequebatur, ut ad pristinas eius  
 virtutes, (quas tamquam numetis omnibus  
 absolute ceteri ante admiscebant) tantum  
 appareret, hoc est, factus solitudinis, &  
 precandi studio, & actioni distinctione compre-  
 mentatione, facta accessio, ac si exocimis  
 quoddam & rudimentum superiore vita fuisse  
 ita ille & cœtinua Dei cœsuetudine redibat quo-  
 tidie cœlesti virtute auctior & seipso maior. Ce-  
 terum in supremos labentis vitæ menses dilata  
 quies hancdiu permisit Hieronymum solitudi-  
 nis ocio frati, siquidem non multò post tum ex  
 eius prædictione, tum subito rei euentu intelle-  
 cum est illâ Hieronymum remotam sibi cutasle  
 eremi solitudinem, non tam sanctæ voluptatis  
 conci-

Psal. 118.

lata Adduæ spatia fese in lacum diffundentis ,  
itâ intuentibus obijciebat , vt tam vario & ele-  
ganti rerum aspectu oculorum acies quantumli-  
bet fatigata , maxime recrearetur . Tam abdi-  
tus recessus eremi nomen ad hæc vsque tempo-  
ra loco facit . Ex area domunculae Orphano-  
rum ad eremum suam sibi ille viam perfoderat  
& aperuerat : nec enim admodum longo tra-  
ctu ab eo domicilio distabat ; quò cæteri solu-  
tus curis , tanta cum alacritate & celeritate se  
proripiebat , vt ad suos illum elyfios propera-  
re dixisset , vbi solutus curis humanis , maiori  
cum incunditate , quoad liceret delitescebat ,  
quam si totius Orbis delicias , angusto secum  
in eo terræ foramine clausisset Eo autem re-  
cessu sanctæ contemplationis pœnitentiæque  
studium maximè est auctum : ibi breuiores ,  
quam anteà somnos , sœua hyeme & cœlo obri-  
gente , de nudo solo carpere ; corpus arctiori  
inedia castigare , perennilacrymarum fonte ma-  
nante , superioris vitæ fordes animæque macu-  
las ablucere , asperiori verberum flagellatione pa-  
trata in Deum scelera dignis pœnitentiæ fructi-  
bus emendare : cœlestium autem & æternorum  
meditationi intentus , adeò in eorum suavitate  
conquiescere , dulcique in somno diuinæ con-  
templationis consopiri , vt iam Paradisi delicijs  
interesse Deoque ipso se totum , quam maximè  
posset , explore videretur . Prodebat se tunc ma-  
ximè assiduum hoc orandi studium & arctior ,  
quam anteà , cum Deo consuetudo , cum ex um-  
bratili illo solitudinis recessu in solem ac pul-  
uerem ,

uerem, ad cæteros iuuandos & instruendos , suo tempore euolaret ; quam enim totus Deo plenus , quam cœlestibus auctus muneribus e cæco illo montis latibulo prodibat? Si ad Dei amore aut alia erant socij cohortatione inflammandi , id ille præstabat tanto pietatis ardore , ut spiritali illo igne , quo pectus feruebat dicentis , conflagrarent propemodum vniuersi , & vrenti illa voce , quantumvis frigidus incenderetur auditor , possetque expertus Domino dicere : Ignitum eloquium tuum vehementer . Abundè scilicet eructante Hierouymo , quod propinante diuino Spiritu , in sancta quiete , biberat , & totus diuino amore feraens alios facile incendebat . Si quæ verò charitatis obeunda ministeria , ea sibi Hieronymus tam nouo & inusitato feroore , tanta cum significatione , insolite curæ virtutis deposcebat & exequebatur , vt ad pristinas eius virtutes , ( quas tamquam numeris omnibus absolutas cæteri anteā admirabantur ) tanta appareret , hac assidua schola solitudinis , & precandi studio , & ardentis diuinorum commendatione , facta accessio , ac si tyrocinium quoddam & rudimentum superior vita fuisset : ita ille è cōtinua Dei cōsuetudine redibat quotidie cœlesti virtute auctior & seipso maior . Ceterum in supremos labentis vitæ menses dilata quies haud diu permisit Hieronymum solitudinis ocio frui ; siquidem non multò post tum ex eius prædictione , tum subito rei enentu intellectum est illa Hieronymum remotam sibi cutasse eremi solitudinem , non tam sanctæ voluptatis conci-

Psal. 118.

conciliatricem quām proximi funeris apparatum, nec magis sūx quietis & tranquilitatis sedem, quām instantis vltimi discessus scholam; in qua scilicet extremum huius humanæ fabulæ actum, quem iam appetere occultā quadam præfessionis vītūtēlīgebat, adornaret, & solus cum solo Deo res suas anteā transigeret. Quām certò autem vicinum suum præfigiret obitum, illud inter cætera argumento est; quod cūm per eos dies à Ioānne Petro Caraffa iam Cardinali, cui se totum, vt anteā dixi, permiserat, literas accepisset, quibus Romam perbenignè inuitabatur, vt ea in Vrbe alijsque Pontificiæ ditionis Ciuitatibus eadem charitatis officia exequeretur, suoque exemplo multos ad eādem pietatem excitaret (nullum enim adhuc Romæ institutum erat Orphanorum Domicilium, nullum Puellarum) ille quam die communī oratione cum alijs persoluta, ita de Cardinalis Caraffæ voluntate ad eos retulit, vt diceret se eodem tempore diuersis planè locis à duobus accersiri, Romanam quidem à Caraffa, à Domino autem in Cœlum; tūm adiecit, sed cœlesti iter, Romano haud dubiè breui præferetur: quod ab eo dictum non sinè certa futuri euentus præfessione, non multò post res ipsa comprobauit. Loco verò solitudinis & eremi mansit posteā semper religio & reuerentia; & adhuc magna ex parte dirutus quandam tamen pietatem ac sanctitatem redolere videtur.

*Eius infirmitas & obitus.*

*Cap. XVI.*

**H**ieronymi de sua morte predictionem haud tardus exceptit euentus ; siquidem grauisimo, & eo tempore populari morbo correptus, non multò post interiit. Aduentantis autem vitæ finis haud dubia præcessere indicia ; missis enim in præsenti frequentibus & apertis prædictionibus certè asperiore illa postremò suscepta vitæ ratione , & plus solito poenitentia rigore, aucto , nemo non intelligebat incitatiorem in virtutis cursu motum non multum à fine distare; Tum verò illorum temporum misera calamitas, hominis animam præ cæteris vexabat, quod catholicam Religionem nouorum dogmatum peste , & iniquorum seditionibus agitatam , vehe- menter in fide ipsa tuenda , quæ totius est christiana religionis firmamentum, laborantem cer- neret. Quare afflictam eius sæculi conditio- nem , & rerum humanarum inconstantiam & vanitatem maximè perturbans, sordecentibus iam terris, ad superna elatus, caduça omnia auerfa- ri, communem lucem refugere , hominum con- suetudinem deuitare , cœlestia dumtaxat inter vota præcesque anhelare , solum Deum inter ge- mitus & suspiria querere , & eodem planè cum Paulo spiritu cupere dissolui , & esse cum Chri- sto . Neque diu fidelis serui vota tentationum certaminibus, & poenitentia laboribus satis fa- tigati distulit diuinā bonitas , sed felici planè gene-

genere mortis, quasi emerito militi morem gerens, vt primis vltima responderent, ex charitate in proximos, qua tota vita maximè exarserat, mortis gloriose causam illi præbuit, quò Christum pro humano genere morientem etiam supremo interitu imitaretur. Horribili siquidem inquinaria lue Bergomensem ditionem fœdum in modum latè depopulante, Hieronymus, qui nullis in ægrotos & misere iacentes officijs absinebat, facile in pestilentem morbum prolap-sus est. Ignotum plane medicis id morbi genus erat, cujus vis & pertinacia omnem eotum eludebat operam, & industriam, & eo ipso die, quo de ægritudine illi iudicium ferre solent (criticū ideo appellant) de ægri interitu morbus sententiam ferebat; quare quarto, aut ad summum septimo die scuiente tabe absumebantur vniuersi. Eo igitur morbo acerbè corruptus, breui se moritum, quod summum erat in votis, certissime præsensit; cumque vicinitas exitus eius defiderum angeret, ad eum se se totum ex Christiana pietate comparare non distulit; intendenteque se morbo, cum qui medicam manum admoueret, nullus ferè eo in loco esset, abiecta iam omni spe vitæ, ad diuinam implorandam epein se conuertit; Sacerdotem pœnitentię Sacramenti ministruim, & suæ conscientiæ moderatorem accersiuit, confessioneq; plena doloris plena pietatis, criminibus quam accuratis simè expiatim, Sacratissimum Christi Domini Corpus Viatici nomine, & quæ moris sunt Sacra-menta (extrema morientis animæ solatia) quasi non

non multò post in cœlestes illas oras migraturus,  
magna cum animi demissione & humilitate  
postulauit, ac maiore accepit. Ità Dominicis  
præmunitus Sacramentis, supremam operieba-  
tur horam. Pestifer morbus Æmilianum inua-  
serat pridie nonas Februarij ipso sexagesimæ  
Dominicæ die, quocum tres integros acerbè  
luctatus, quarto languore vehementer ingraue-  
scente, viribus omnino destitutus, mortem iam  
imminentem intellexit: cuius appulsi non mo-  
dò non est territus, sed astantes etiam in lacry-  
mas effusos, breui planeque cœlesti alloquio,  
deficiente penè spiritu, est hortatus: Ut Saluato-  
ris nostri Crucifixi vestigij prorsus insisterent,  
terrena despicerent vniuersa, derelictorum pau-  
perum curam susciperent accuratissimam, om-  
nes inter se inuiolabili mutui amoris vinculo  
nexi viuerent; ad hæc onnia verò, charitate in  
primis in Deum arderent, cuius beneficio ani-  
ma indissolubili nexu suo sociata Creatori, à  
terrenis omnibus quam longissime dinellitur.  
Si quidem sperare ( quæ Dei misericordia est )  
plus illis in futura, quam praesenti vita, profuturum.  
Ità solatos ac instructos dimisit cum vox &  
vita pariter eū deficeret. Inde manibus, oculis,  
totoque corporis habitu, insita pietate ad Cœ-  
lum erectis, IESV & MARIAE Sanctissima  
nomina, subinde ingeminans, sui ad ultimum  
compos leniter occlusis oculis, quieto & tran-  
quillo vultu inter psallentium & lacrymantium  
choros, media tam nocte exacta, repetenti Deo  
spiritum reddidit Æmilianus. Eius migratio

210 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

sextō Idus Februarij annotandam quem diem  
Sanctus etiam Æmilianus in Armenia minori  
egregio martyrio illustrauit. Obijt diem suum  
Anno trigesimo septimo suprà millesimū quin-  
gentesimum humanæ salutis; ætatis vero sua  
sextō, & quinquagesimo abeunte, vigesimo  
quinto à sua ad Deum conuersione, sexto iam  
exacto à prima sua Venetijs discessione, & duo-  
decimo à depositione togæ, noui rudiisque ha-  
bitus, & asperioris, sanctiorisque vitæ institutio-  
ne. Quod de Mense, & illius obitus die à nobis  
dicitur, non me latet aliorum sententiarum & re-  
ceptarum hucusque opinioni valde aduersari; sed  
certè veritatis à nobis proditæ probationes etiā  
luce meridiana clariores, si desiderentur, affere-  
mus primo capite sequentis libri. Obijt Soma-  
schæ in Ondæorum domo, atque in ea solitudi-

ne, quā viuens præ ceteris locis mirifice coluit;  
*ætatis sua* neque dubitandum, quin præcipua quadam cha-  
ritate eum Hieronymus locū è Cœlo respiciat,  
quem in vita adeò dilexit. In Ecclesia Sancti  
Bartholomæi ibidem sepulturæ mandatur. Vir  
cùm virtutum omnium exemplis, tūm excellen-  
ti in Deum & proximos charitate admodum  
illustris, & terrenarum rerum suique ipsius con-  
temptu plane eximus & singularis.

*Libri Tertij Finis.*

DE



DE VITA  
**HIERONYMI**  
**ÆMILIANI**

*Congregationis Somaschæ  
fundatoris.*

**LIBER QVARTVS.**

*Plurium testimonio Hieronymi  
probitas commendatur.*

*Cap. I.*

**F**IRMA M illam & constantem  
integerimæ probitatis atque  
adeò Sanctimoniacæ opinionem,  
qua adhuc in humanis apud  
omnes floruit Hieronymus,  
subsecuta mors vehementer cō-  
firmauit & auxit; quam non di-  
ctis, sed scriptis etiā quamplurimi testatam esse  
voluerunt. E multis ego pauca seligam. Ioannes  
Baptista Guillhermius Iuris utriusque Doctor, &  
Feltrensis Ecclesiæ Canonicus Episcopo Bergo-  
mensi viuo Hieronymo Vicariam operam præ-  
stabat.

212 *De vita Hieronymi Emiliani*

stabat. Is illius virtutum spectator & admirator  
 saepius fuerat: accepto igitur de eius morte tristi  
 nuncio, ita ad amicum de eo scribit. (referam  
 autem eius epistolæ partem integrâ fide latini-  
 tati donatam) CERTISSIMÆ te nuncijs  
 Hieronymi Æmiliani strenuissimi in Christiana  
 militia Duci obitum accepisse non dubito, &  
 duorsim socijs huius præfecturæ qui suum obie-  
 re diem. Utentum morbi & mortis casum de-  
 scribere si tentem, vereor, ne pietate, ac intimo  
 cordis dolore percussus nimium commoueare.  
 Cæterū diuinæ fœlicitatis sortem certa spe (tan-  
 ta erat illius in Christo confidentia) deuoraue-  
 rat animos; ut ipsos Celi cardines manibus con-  
 trestare videretur; frequentibus adhortationi-  
 bus suos saepè compellebat, hilari serenaque  
 fronte, & ridens oris aspectu, ut quemque sua-  
 uissima Christi charitate incenderet. Certum  
 fuisse diem sic animo præfagibat, vt nihil  
 minus illi de proxima morte constaret, quam  
 mihi me in præsentiarum has ad te literas exa-  
 rare. Subduxisse ad calculum rationes suas; &  
 cum Christo Domino pactum iniisse dictabat.  
 Patriæ Venetiarum nulla mentio, de parentibus  
 sermo nullus, frequentissima solum de Christi  
 imitatione oratio. Aduenante Solemni Serua-  
 toris Nostri Natiuitate, hinc discesserat, sed  
 primo meconuenit, ad pedes prouolutus fidem  
 Christi commendauit, supplex erratorum ve-  
 niam petiit, tum recessit ea spōsione, ac si nūn-  
 quam (ut enenit) eum esse remisurus. Soma-  
 fach ad eccl̄iam patriam euolauit, ubi quam-  
 plures

plures probatæ vitæ Papienses, Nouocomenses,  
 Bergomæses Patres demorâtur. Hodiè non vna  
 in Ecclesia sacris illius manibus parâtatum est:  
 Mercurij die peragendis funeralis ceremonijs,  
 iterum litabitur, Summum Pontificem vel Epis-  
 copum nostrum è viuis excessisse, dices. Eò  
 deuenerat vitæ abstinentia corporisque mace-  
 ratione, vt maiores progressus minimè exoptare  
 posset. Age diuinæ sic collibuit Maiestati: nul-  
 lius mihi hactenus acerbior obitus visus. Or-  
 bitatem infelix hic grex proborum moderato-  
 rum sentit acerbam; diuinæ tamen bonitatæ  
 non diffido, quin infinitæ omnipotentia fami-  
 liaria opera non perpetret. Epistolæ longitu-  
 dinem vt excuses, oro; hic enim alter ab ultimo  
 bacchanalium dies est, quo ita me tecum hac  
 oblector scriptione; hæcque ex M. Marij nostri  
 narratione. Defuncto Deum propitium rogo;  
 obiit autem die septima mensis huius. Atquæ  
 hucusque Vicarij literæ. Ex quibus duo maxi-  
 mè annotari velim; Alterum quidem, quam am-  
 plum & illustre testimonium de Hieronymi pro-  
 bitate tantus hic vir tulerit; Alterum, quinam  
 certus fuerit eius obitus mensis & dies. Cum  
 enim in Vicarij literis mensis nomen non ap-  
 ponatur, constet autem illas extremis Anteci-  
 nerabilibus ferijs esse datas, diem enim ultimo  
 baccanalium proximiorem aperte nominat,  
 quo literas scripsit: multi iuere in eam senten-  
 tiam, vt existimat mensem illum fuisse Mar-  
 tium; idque tam certo creditum, vt Nonis Mar-  
 ti Sanceti Thomæ Aquininati dicatis à plerisq;

pià Hieronymi memoria coleretur: Sed tanta  
 annorum series ab eius obitu interiecta facile  
 quemuis decipere potuit. Non est autem diffi-  
 cilis veritatis peruestigatio: cum enim certissimè  
 cōstet eo trigesimo septimo anno, quo de-  
 cessit Hieronymus, mense Februario agitata  
 esse baccanalia, feriamque Cinerum sexto deci-  
 mo Kalendas Martij celebratā, ac proinde literas  
 biduo antē datas, pridie Idus Februarij fuisse  
 cōscriptas, omnino certū est Hieronymi mor-  
 tem nullo modo in mensem Martis rejici posse.  
 Quia in re omnis dubitandi suspicio prorsus euel-  
 letur, si quis veteres illas temporarias mobilium  
 festorum, ut vocant, tabellas adeat, antē annum  
 scilicet octogesimum secundum præteriti sœcu-  
 li æditas, videlicet ante Kalendarij correctionē  
 euulgatam, superiorumque annorum Epactas,  
 Aureos numeros, & literas dominicales singu-  
 latim perquirat, & rite præteriorum auncorum  
 tabellas percurrat & recurrat, donec ad annum  
 trigesimum septimum perueniat; diligenti enim  
 & accurata temporum supputatione planè com-  
 periet eius anni trigesimi septimi Epactam fuisse  
 xvij. Numerum item aureum xviij. Dominica-  
 leam literam G; ex quibus planum omnino fit &  
 indubitatum, solemnem illam Cinerum feriam  
 eo planè die contigisse, quo dixi, menseque Fe-  
 bruario extinctum Hieronymum, illique in Bergomensi Ecclesia eo mense iusta persoluta; quod  
 si ille Nonis Martij obiit, multis sanè diebus fu-  
 nebri pompa hominis obitum Bergomenses an-  
 teuertissent. Cum vero septimo Idus Februarij

mor-

mortuum asserat Vicarius, nos verò sexto, id ità accipiendum, vti anteà monuimus, quòd scilicet tertia ferè noctis vigilia expirarit, ac prouindè melius sexto Idus eius mors annotanda videatur. Hoc etiam addo: vbi legitur in literis Vicarij die Mercurij reliqua persoluenda; mendum suspicor esse, qui enim proximè sequebatur dies Mercurij, is erat Cinerum ceremonia solemnis, quo certè die mihi verisimile non sit Hieronymo alicubi funebria persoluta, sed forte legendum die Martis, sequenti videlicet die, qui Lupercalium feriarum supremus erat. Sed iam ad reliquos pergamus. Bartholomæus Spatafora non ignobilis suæ tempestatis Orator in ea oratione, quam in obitu Marci Antonij Trivisani Venetiarum Dacis habuit, cùm plurimos sanctitatis fama conspicuos retulisset e Venetis ortos, hæc tandem de Hieronymo addit, quæ integrè latine reddam. Illud verò ardentissimum charitatis vas Hieronymum Emilianum, qui non vt viuorum saluti tantum, sed etiam vt defunctorum cadaveribus consuleret, suæ minime parcebatur vita, cuius nō recens memoria solum, sed recentia sunt vestigia, recès est monumentum. legitur autem Spataforæ oratio inter illustrium virorum orationes parte secunda, quæ Italico sermone conscriptæ circumferuntur. Sed luculentum in primis est testimonium, quod Hieronymi charitati reddit Bartholomæus Peregrinus in eo libro, quem Vinea Bergomensis inscripsit. Is partē secunda capite 114. ijsdem plane verbis, quæ subiçiani, ea de Hieronymo scri-

Barthol.  
Spatafora in  
oratione.

Barth. Pe-  
regrin Vi-  
nea Berg.

p. 114

bit, quæ ipse oculis usurpauerat; ait enim . La-  
borauit etiam in hac Vinea Dominus Hierony-  
mus Mianus Patricius Venetus , & verus Christi  
seruus, quando anno Domini M.D.XXXII. Berg-  
gomum venit, & suis christianissimis exemplis,  
& exhortationibus , & assidua solicitudine , &  
cura congregauit multas à Diaboli compedibus  
solutas mulieres, vt simul iuste ac castè viuerent:  
vagantium quoque puerorum Orphanorumque  
multitudinem Sanctæ Mariæ Magdalena hospiti-  
tali gubernandā tradidit . Hæc ex oculata fide .  
Rursus idem Bartholomæus capite CXVIII. de  
Dominico Tasso, cuius opéra maximè vtebatur  
Hieronymus , vt diximus , hæc addit . Insuper  
*Liber 2.6.96* idem Magnificus Dominus Dominicus in ipso  
Cœnobio cisternam cum aqua fluviali ex vicino  
amne construi fecit: Et Domino Hieronymo  
Miano Patritio Veneto auxilio fuit, ad colligé-  
das, & vniendas meretrices , à peccato ad Chri-  
sti normam conuersas : tūm & pueros & puellas  
noltra in Vrbe mendicantes . Hæc ille . Neque  
vero Reuerendi Fratris Hieronymi Malfettæ  
Concionatoris sui temporis celeberrimi è sacro  
Capuccinorum Ordinem Epistolam præteribo ,  
quam ille opusculo de Diuino amore , à Reue-  
rendo Patre Fratre Bartholomæo eiusdem Or-  
dinis composito , præfixit, cum primum librum  
illum typis excudendum curauit , Patribusque  
& Fratribus seruis pauperum , ac eorum pueris  
orphanis in operibus Insubriæ inscripsit: qua in  
epistola multa de Hieronymo ciūisque operibus  
ex oculata fide refert , quæ piut lectorem scire  
operæ

operæ pretium est. Bonam igitur Epistolæ partem sincerè latineque redditam subijciam. Cum igitur, inquit, hæ mihi rationes omnino persuasissent, ut libellum in vulgus ederem, cœpistemque tacitus cogitare, cui tām pium munuscum destinarem, vestræ charitatis, opinor, non sine diuino afflatu, recordatio succurrit, cui maximè cōuenire id genus argumenti putarem; vos enim tanquam lucernæ ardentes amoris diuini radios, virtutum officijs consentientibus, effunditis; nimirum ad omnia pietatis opera instructi, ac incitati exemplis, præceptisque illius beatæ animæ Hieronymi Emiliani Patritij Veneti, qui summo studio contendit, ut omnes omnium ordinum homines ad Deum incitaret atque pertraheret: quod eo maximè tempore signis apertissimis declarauit, cum diuinæ charitatis & Euangelij zelo vehementer inflammatus, ut regnum Dei, quantum in eo eslet, amplificaret, lautissimo patrimonio, nobilissimo genere, illustrissima Patria contempta; se totum dilecta suo nudo & cruci affixo IESV Christo tradidit; cumque breui peregrinatione suscepta, Bergomi primū, deinde alijs in Ciuitatibus plurimis, omnia pietatis opera erga vos cœpit exercere; quos sordidatos inedia, frigore, nuditate afflos complexus est & fons humanissime, cumque in publica fame, miserandæ calamitatis querimonix passim exaudirentur, ille vos tām benigne collegit, sic amauit, ita vestrīs commodis studuit, ut exemplis suis & admonitionibus sanctissimis, animalium morbis mederetur;

& corporum necessitatibus idem ipse inferaret, ægris assideret, victum ostiatim pedes quæritans mendicaret. Quæ res & virtutum illius odorem suauissimum diuinis naribus afflarunt; & egregium lumen atque exemplar sustulerunt. Insubriæ vniuersæ, nō in speciem quandam Sanctimoniz, sed intime & ex animo Deum colendi: quandoquidem illius opera, in multis eiusdem Prouinciaæ vrbibus celeberrimjs, Xenodochia & Orphanotrophia erectora sunt, in quibus vestra eadem vox, quæ olim temporū calamitatis de plorabat, nunc diurnis ac nocturnis horis laudes summo Numini persoluit. Neque tamen hisce rebus gestis cōtentus fuit; sed, cūm magnū egentium numerum collegisset, tecto, victu, rebusque alijs ad vitam necessarijs iuuisset, multis præterea clericalis & laicalis ordinis persuasit, amplissimis patrimonij abdicare se, atque in societatem ita piorum laborem communioneque venire. Sed quid ego dicam de illius charitate in Deum, multis in locis plurimis experimentis atque rebus gestis aperte declaratam? Nonnè illud certissimum fuit amoris argumentum, quòd, cum ipse grani morbo corruptus vobiscum iaceret in paleis apud Ecclesiam Sancti Sepulchri Mediolani, vestri tamen cutam, nunquam depositit: qui n etiam cūm à pectorisque honestis viris Mediolanensisibus invitaretur in aedes amplissimas solis curandi sui gratia, negavit pastor bonus se ab suis ouibus vlo modo poille diuelli, quam singularem pastoris in pessimum gregem charitatem sic Deus amauit, ut breui

tempore ampta dossiori trari voluerit, & ad pristinam dilecadinam remissatam confirmaverit. Quid Papiae? Nonne scilicet Xenodochij curatores, cui à Misericordia nomen fuit, quosdam in eo degentes aliò migrare iussissent, & venienti Emiliano & Orphanis eum locum habendum concederent, maluit sub deserto illo, ventis, & pyluuie undeque per uno tecto degere, quod apud Arcem in minori Ciuitate visitur, quam ut cuiquam adueniuero incommodearet? Multaad genus sciens prætereo, de quibus, quomodo illum vel de facie norunt, affirmare verè & liquidò possunt. Quale dixeris, illatas iniurias patienter tulisse, peccantium ex animo semper misertum fuisse, noxam, errata, molestias non eorum modo, quibuscum viueret, sed omnium prorsus hominum a quo animo tolerasse. Ut igitur illius studium, opera mica aliqua ex parte iuueni, qui vos ad Deum allice, oique vinculis amoris coniungere vehementer clamaverint nobis; non solum libellum hunc dicatum, sed etiam quaevis operis Dei, quae etiam tantas amoris sui diuinitatis in cœlibus nostris accendat, quantas ego, ad illius honorem & ad Christianæ religionis amplitudinem exposco; vos quoque iijdem operibus misericordie & christiane charitatis insistere velitis; & alii exemplo eiusdem Hieronymi Emiliani (quem ego mortuum singulari veneratione prosequor & celo) ad eadem pietatis opera præstanta vehementes excitentur; atque hinc illa tandem existat generalis in Ecclesiæ mortua iunctio & solidam monia

monia, quam ille sicutius audissimè; & cuius  
 impetrandę gratia statas quasdam preces ex cer-  
 ta formula recitandas, conscripsit, quas subin-  
 dē post Missarum solemnia in communibus ve-  
 stris orationibus canere soletis. Hactenus Fra-  
 ter Hieronymus, qui admodum graphicè, ni  
 fallor, & suis, vt aiunt, coloribus Hieronymum  
 depinxit, vir & ob religiosi ordinis commenda-  
 tionem, &, quod caput est, ob oculatam fidem  
 eorum, quæ scribit, omnino dignus, cui certa  
 adhibetur fides. Sed & in prætermissis non re-  
 linquam perhonorificum Pij V. testimonium,  
 quo hominem decorauit, cum in diplomate  
 Pontificio hisce plane verbis eum appellat.  
 Hieronymus Aemilianus olim Patritius Venetus,  
 vir eximiæ pietatis insignis, Spiritu Sancto, vt  
 piè creditur, afflatus, omnibus sæculi curis post-  
 habitis &c. Quod illustre testimonium è plurimis  
 faciendum est, quo à Summo Pontifice Pio V.  
 verè Sancto, qui Hieronymum probe anteā nos-  
 set, proficiscitur. Huc etiam faciunt tām mul-  
 tiplicia illorum vota, qui vel magnis itineribus  
 ad eius sepulchrum, religionis causa, accedunt;  
 vel beato viro precibus se commendant, quo-  
 rum permulti non exiguis gratiarum donis, tūm  
 ad animæ, tūm ad corporis commoda spectan-  
 tibus, se in dies augeri testantur, &, votiis ta-  
 bellis oblatis, accensis funeralibus, alijsque reli-  
 gionis significationibus ad sepulchrum adhibi-  
 tis, beneficij accepti gratos se profitentur; ne-  
 quicquam Aedituo prohibente, & reclamantibus  
 Patribus; graui quippe Superiorum nostrorum  
 edicto

edicto cautum est , ne quod omnino eius honoris genus , vel admittatur , etiam profectus ab externis , vel deferatur à nostris Hieronymo , quoc sanctis viris , nisi supremæ sedis accedente iudicio & consensu , deferri nequit . Sed quantumlibet obliquantibus superioribus , ægrè admodum multis in locis piorum studia coerceri , & filiorum præsertim in latenter optimum , & Congregationis auctorē pietatis ardor , & devotionis obsequium non paucorum annorum cursu iam confirmatum cohiliū potest . Verum de his sequenti & altero capite , nonnulla dicemus .

*Admiranda quedam de Hieronymo.*

*Cap. II.*

**E**t si , quæ tota vitæ cursu in Dei gloriam proximorumque salutem peregit Hieronymus , quæque illi diuinitus sèpè contigere mortalium profectò omnium commendatione sunt & admiratione dignissima ; quædam tamen adeò extræ communem rerum ordinem de eodem recentur , vt illis admirabilium nomen peculiari quodam iure proprium factum esse videatur . Quorum paucis exponendis , uno aut altero capite , immorabitur , quò splendidiùs diuina munera homini collata eniteant , & cœlestis benignitas ab omnibus laudetur impensiùs . Atque illud in primis admirabile , & rarum omnino diuinæ prouidentiæ & bonitatis argumentum in Hieronymo mihi videtur , quod vñus ille tam multa

opera

222 *De Vita Hieronymi Aemiliani.*

opera aggressus, tām breui tempore, adeò secundo fœlicique euentu ad exitum perduxerit. Ex quo enim primō Venetijs discēslit, ad eius usquē obitum anni non amplius, quām sex intercessere, quibus ille duodecim ferme pia loça erexit, & legibus instruxit, adeoque certa & stabili viuendi ratione muniuit, vt adhuc etiam multum aucta perseverent. Sociorum nō exiguum collegit numerum, eosque non infinita notæ, sed literis nobilitatos, & fortunis omnino præstantes & eximios. Suprà trecenta capita Hieronymi nutu, & auctoritate regebantur, quorū permulti quām sublimi honorū & diuinarum gradu sint ad humile & abiectum vitæ genus traducti vnius Hieronymi exemplo & cohortatione iam satis anteā dictum. Quod certè non tam in hominis industrij atque natissimi studiū, & diligentiam, quām in diuinam Prudentiam reiociendū censco; nām vix primum seruo Dei Ciuitatem aliquam ingresso, licet ignoto homini & externo, abiectissimorū pauperum causam gerenti, omnia ex animi voto succedebant; vt ipsemet, cūm tām effusam in pauperes & egenos diuini Numinis benignitatem animo perpenderet, vel alijs enarraret, erubesceret omnino, ac pudore suffundetur, tūm, eductis ex imo pectore suspirijs, sermonem clauderet illis verbis: *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humili respicit?* Nihil scilicet sibi arrogans, sed Deo, quidquid bene gestum esset, acceptū referri volens; neque immerito sanè, quando quocunque animuni verteret, vel manum admoneret. Hieronymus

aymus singulari quadam & admirabili ratione  
diuinam opem præsentem experiretur, quæ foli-  
ci expeditoque cursu suis cœptis obsecundaret.  
Quod cum in omnibus eius gestis ferè animad-  
uertere liceat; tūm verò, si ad singula descendam-  
mus quæ egit aut dixit, quæque precibus à Do-  
mino impetravit, multò clariùs admirabilium  
operum successibus elucescat, inter quos illi  
mihi Principem sicut videtur obtinere, quem  
fabijcio. Cū domi aliquando Somaschæ, in  
Arce scilicet, ad numerosam familiam alendam,  
panis deesset, & Cœli hyemisque fœda tempesta-  
te, quæ solito asperior inhorruerat, omnia per-  
horrerent, viarumque aditus omnes niuum in-  
solentia intercladeret, vndè nec ab illis conquiri,  
nec suppeditari ab alijs diaria possem: Hiero-  
nymo denunciat triclinij, cellæque panariæ mi-  
nister vna cum alijs, domi vix tantum esse panis,  
quo eo die tres quatuorue parçè admodum ali-  
possint; numerabantur autem suprà quadraginta  
capita in ea familia. Tūm ille nil commotus  
eos etiam vetuit esse sollicitos, in Deum tantum  
spem conicerent, admonuit, cuius breui lar-  
gām benignitatem essent experturi. Nūm qui  
olim, inquiens, tot Hebræorum millia, aluit in  
deserto, & ingentem hominum multitudinem  
paucis admodum panibus ad satietatem pauit,  
qui impletomne animal benedictione, & pullis  
coruorum cibum preparat, idem nostri curam  
gerens, rebus necessarijs destituet? sicque animis  
ad salutarem confidentiam excitatis, ad oratio-  
nem ipse secedens, Deo fidenter supplicat, ut  
extre-

Matth. 14

Psa. 146.

extremæ suorum inopizæ subueniat. Nequè irriteret vel inauditæ preces; ijs enim persolutis, vrgente iam hora prandij, totum, quidquid erat panis, ad se deferri iussit; tres autem, quatuorū ad summum erant; quos in frusta comminutos. in gremium suum (quasi diuinæ confidentiæ agro seminis mandatis, vberem indè messem collecturus) iniecit; tum manu ducta in formam Crucis, signat, tacitis secum precibus diuinæ clementiæ rem totam commendans: mox paucissimos panes illos intrà gremium suum celesti benedictione vsquè adeò auctos sensit, ut largè omnibus cèlestem gratiam dispertiens, non modo ad satietatem sufficerent, sed abundè etiam superfuerint. Facti fidem astrinxunt, qui præsentes & oculis & gustu rei veritatem explorarunt. Magnitudinem vero miraculi, nescio, an auferit, vel conservarit, quod de eodem pane postea tradidit adcepimus, nempe post multos etiam annos afferuatum, ad ægritudines depellendas, vim habuisse. Res est sapientius experimento comprobata à Martino Martellino, qui tū ex illis unus erat, qui Somaschæ ab Hieronymo alebatur; hic frustum panis, quem diuinus auctus non ignorabat, magna religione diu afferuauit, cumqua & spectatae probitatis Sacerdos, & animarum Currator Gardæ Vallis Camonicae Diocesis Brixiensis euasisset, sèpiùs ægros inuisens, trito in aqua vel iure pane, eos morbo leuabat. Idque tum alias, tuin præcipue nominatim postremis Martellini diebus hunc in modum accidisse fereunt Nicolaus Ruggerius in vico Fosse propè Gar-

Gardam quinto iam mense febri misere conflabatur, nec arte medicorum lenari poterat; accedit ad eum Martellinus, Gardæ Parochus, allatique panis, quem in ægrorum usum afferuerat, paulū in aqua terit, tum ex eo ægro portio nem porrigit; magna fine haustū panem sanitas consequitur, & Hieronymi meritis accepta refertur. Qui præsentes interfuerent, factum testantur, saepiusque Marcellinus ad varia morborum genera, certo reparatæ valetudinis fructu, eundem panem adhibuit. Auctum vero non semel in extrema suorum inopia Hieronymi precibus panem videntur testes indicare, Somaschæ scilicet, & Bergomi. Quam multis ægris, non tam medicamentis, quam precibus vel signo Crucis, ut alij testantur, mederetur, suprà indicauimus; fuitque multorum sententia illum, cum medicamenta quibusdam ægris adhiceret, tegumenta curationum illis remedij de industria qitærere, & valetudini quam precibus erat impetraturus velamentum obducere, ut scilicet remédiorum adiumentis, non suis præcibus æger conualuisse crederetur. Quæ res non valde quidem à veritate abhorret; nam permulti ulceribus grauissimè affecti, quæ insanabilia apparerent, adeo leui curatione, breuique spatio conualuerunt, ut meritò in admirationem, maiorisque virtutis, quam sit naturalis, opinionem eorū curatio veniret. Nec minorem habet admirationem, quod paulò antè, quam extrema infirmitate decumberet Hieronymus, vniuersis penè spectantibus & audientibus, qui doni erant, euenerit. E colle-

quis ab illo pueris unus etiam lue illa populari,  
 qua tūm passim, ut diximus, grassabatur, gra-  
 piissime correptus, penè exanimis iacebat; lin-  
 gnæ enī vsum ex morbo perdiderat, omniq[ue]  
 motu destitutus, mortuus potius, quām morti  
 vicinus omnibus videbatur, resolutis ramenis  
 momento fauibus, exclamat, mirū sibi & admir-  
 randum planè visum obiectum; urgent presen-  
 tes, ut, quid rei illud sit, proloquatur tūm distin-  
 ctis verbis & clara voce prosequitur; E. sublimi  
 illustri loco sedem absē conspectam, auro  
 & gemmis valdè conspicuam, & cœlesti fulgo-  
 re radiantem, cum Epigrammate aureis literis  
 in hæc verba exarato: Hieronymo Aemiliano  
 præparata. Non dubium, quin ex ore infantium  
 & lactentium Hieronymi servi sui laudem Deus  
 perficere voluerit. Sed ille ea re vehementissi-  
 me commotus, cum se magis in quandam san-  
 ctatis opinione hisce rebus trahi cerneret,  
 fugam inde omnino meditabatur, eam citò arre-  
 pturus, nisi morbus hominem lecto citius affi-  
 xisset. Iam morti ferè vicinum maiores illius  
 Vici conuenerunt, ut moriens ipsis bene preca-  
 rētur, & aliquid è salutaribus monitis instillaret;  
 quibus ille testamenti loco hæc documenta re-  
 liquit: Si festis diebus à ludis, saltationibus &  
 choreis abstinuissent, si sacro eos dies Christia-  
 ne, & religiose coluissent, si blasphemandi, im-  
 piam considerudinem sustulissent, se certissimum  
 apud Deum sponsorem futurum, eorum agros  
 à grandinis iniuria tutos fore. Præstiterunt illi  
 per aliquod tempus debitam festorum celebra-  
 tionem,

tionem, & blasphemiarum cessationem ; stetit etiam Hieronymi promissis diuina Bonitas ; nam grandine per vicina loca dire graflante, Somaschenfis ager imminis cernebatur ; idque aliquot annos perdurasse illius vici seniores testati sunt . Sed rursus illis , vel iunioribus ad pristina redeuntibus , rursus etiam grandinis flagello grauiter iniusteque percelluntur .

*Alia eiusdem generis .*

*Cap. III.*

**P**OSSIT eius obitum etiam permulti se illius precibus varijs in rebus adiutos testantur , inter quos , ut ab antiquioribus initiū faciamus , Ioannes Antonius Mazzolenus Calolij Notarius maximè eminet ; qui viuenti Hieronymo infensissimus fuerat , eumque Calolij primo domicilium ponere ; uti statuerat , non est passus , conuicijsque hominēm imperare , tanquam erro- nēt & mendicūn nunquam destitit uti suo loco monuimus . Hic capitī dolore nunquam inter- mittente , vexabatur , quin , subinde etiam ve- hementi accessione facta , adeò grauiter ex- cruciabatur , ut decipere & insaniire , ac penè de po- testate mentis desjci videretur frustrā per mul- tot annos adhibita medicorum opera . Vulgato Hieronymi obitu , famaque tuit maxime apud omnes de illius sanctitate increbesciente , tan- dem valde comprobatus est ; quod viuis ipse adver- fatus esset homo iadē probus , & omnium testi- moniorum sancto , neumque ad defuncti corpus

Lit. 3.

omnium ordinum concursus vndique Somacham fieri cerneret , & ipse facti pœnitens , hominem vita functum venerari statuit ; quem viuum contempserat . Ad fferendum igitur genibus nixus , eum oraret , solitoque capitis dolore torqueretur , subit animum ea cogitatio , vt ad morbum depellendum , Hieronymi intercessionem imploraret , quem Beatnm ab vniuersis prædicari audiebat . Veniam igitur offensionum primò deprecatus magna fide eius opem poscit . Si ea , inquiens , o Hieronyme , quæ de vitæ tuae sanctitate circumferri audio , ita se habent : & mihi misero peccatori indulgere , & capitis dolorem precibus tuis abigere digneris , oro ; Vix precatiōnem absoluerat , cum capitis dolore vexari desijt , neque amplius morbus redijt . Actæ ab omnibus Deo , Hieronymoque gratiæ ; fuitque apud vniuersos illustrior gratia , quod prima Hieronymi morte præ cæteris fuit inimico collata .

Anno etiam voluentis sæculi decimo tertio mense Maio , Veronica Monialis Monasterij Sanctæ Matris Domini , Bergomi , ætate iam afferata , quæ sexagesimum exceserat annum , graui Ischiade laborabat cum vlcere putido circa fœmur propè os coxendicis , vt Ioannes Paulus Barilus Monasterij Medicus , morbo sæpius inspecto , assereret aliqua certè ad ægrotantis solatium adhiberi posse remedia ; cæterum desperatam esse morbi sanitatem , tūm ob grauem ægrotanti ætatem tūm ob additam vlceri ob temporis diuturnitatem ( vt fieri afolet ) & labra callosa , & ossis exensionem acerbissimo cum lan-

guentis cruciatū : medicamentis nihilominus ad experimentum adhibitis , planè compertum , irritamenta potius quam medicamenta fuisse : post quartum enim mensem , ità morbi vis increbuit , dolorque se se intendit , ut nisi ligneis adminiculis vtrique axillæ subiectis , progrede aut se loco mouere non posset . Cum igitur decimo Cal. Decembris , Horatius de Federicis Vicarius Generalis Episcopi Bergomensis de Hieronymi vita , & moribus in eo Monasterio inquireret , admonita fuit ab alijs etiam Veronica , vt se proxima luce examini subijceret , & quæ de Hieronymi sanctitate admodum inueniens à senioribus audijisset , integra fide exponebat ; illa vesperi cubitum discessura , cœpit earum rerum memoriam diligenter recolere ; cumque multa prorsus admiranda succurrerent , quæ à fide dignis accepisset , eam etiam induit mentem , vt se illi admodum ægram commendaret ; & statim genibus nixis , orationi se dat intimo cordis affectu , Patrem rogans ; vt , si ea vera sunt , quæ de sanitate alijs ægris redditæ , & de panis multiplicatione auribus accepit , hoc etiam characteris beneficijs addere velit , vt se graui & infanabili infirmitate laborantem , suis precibus liberet : tūm ità Deo , Hieronymoque benefidens , lecto se componit , solitos dolores , quibus singulis noctibus acerrimè cruciabatur , non amplius experta , somnum cominodè capit . Primo mane expergefacta , morbo se liberam sentit , lecto surgit , nulloque lignorum usu adhibito , scalas descendit , sola salutationis An-

gelicæ signum & nocturnæ psalmodię dat; absolu-  
tis nocturnis horis iterum scalas ascendit, co-  
dem die ad examen vocata, rem, ut est exponit:  
multisque interiectis diebus, iterum Vicarius  
Veronicam examini subiicit, quæ se multò etiā  
sanctorem testata est, cum primum ne uno qui-  
dem gradu, sine fulcris axillis sustinendo cor-  
pori subiectis, proniduere se posset. Abiecta  
ligneæ serperastræ illa & adminicula, ad Hiero-  
nymi Septulchrani suspensa cum facti narratio-  
ne visuntur.

Jacobus Metaxanus Cæphaleniæ nobilis, cum  
in Seminario Patriarchali Venetijs studiorum  
causa degeret, sèpiusquè à Patribus nostris de  
Hieronymi rebus gestis audisset, vitam etiam  
perlegisset; tanta pietate in eum accensus est,  
ut eum elegerit sibi Patronum, & Adiutorium  
apud Deum, seque totum vni illi in rebus om-  
nibus commendaret. Anno igitur huius sæcu-  
li XIV. febris tertiana, eaque duplex, nec in-  
termissa, itueniem incurvabat, miserequè extor-  
rebat, nec deerant manifesta malignitatis argu-  
menta; cumque Medicorum præceptis minus  
obtemperaret æger, factum est illius intempe-  
rantia, ut advísque salutis desperationem mor-  
bus inhaluerit: cogitur ergo quadam die Medi-  
corum confessus, inter quos duo insigniores  
erant Marcellinus, & Amaltheus, qui, morbi gra-  
uitate perspecta, seuerè uno consensu pronun-  
ciante, ægrum in sequentem lucem viuere non  
posse, iam enim sensibus destituebatur. Marcel-  
linus in discelsu eum quam primum postremo  
sacræ

sacraeunctionis auxilio muniendum commonet  
aduocatur illico Sacerdos supremæ unctionis,  
minister, à quo pluries interrogatus, tūm factō  
oleo ihungl vellet, vix tandem intermortuis vo-  
cibus, & oculorum motu annuit; post extremam  
unctionem, cum iam animam agere videretur, ab  
eodem Sacerdote sacris precibus, quæ ad emi-  
grantis animæ cōmendationem ex Ecclesiæ ritu  
adhiberi solent, expiatus est, complorataque à  
Medicis & omnibus eius salute, mors imminens  
in singula momenta expectabatur. Aderat forte  
ex nostris Pater Franciscus Zoia, qui morienti  
astabat; hic in imaginem Hieronymi, quæ ægrot-  
tautis capiti imminebat, oculos coniiciens, Ia-  
cobum hortatur, ut se Hierouymo Patrono suo  
sanitatem à Deo impetraturo commendet, arre-  
ptaque Imagine, exosculandam morienti por-  
rigit; nec vana denunciatio cecidit, nam ille,  
Patroni sui effigiem intuitus, pie osculatur,  
eiisque intercessionem, vt cunque potest, voto  
expedit: nec mora, Hieronymo ad openi vocato,  
morbi vis sese remittit, liberiusque iam mean-  
te spiritu, sermo redit ægro vna cum sanitate.  
Postera luce adest Marcellinus quæsiturus, num  
vixisset, deducitur in cubiculam, cōperit di-  
scussa febri, omni morbo conualuisse, reique ma-  
gnitudine obstupescens, protinus exclamat: en  
Lazarum ab Inferis reuocatum; & deinceps re-  
ctè conualuit, Medicoque affirmauit se, Hiero-  
nymi ope voto quæsita morbo emersisse; idque  
Iacobus iuratus Venetijs depositus, huius rei  
confectis tabulis, sequi meritis, & deprecationi

Hieronymi sanitatem debere professus est.

Capitis dolore acerrimè quidam Sacerdos ex nostris vexabatur, cumque nullo remedio tanto dolore leuari posset, sepulchrum Hieronymi adit, ibi aliquandiu orat pro sanitate, meritaque Hieronymi interponit; tum capite ad sepulchrum inclinato, illud exosculatur, caputque dolore vexatum aliquantis per ad sepulchri petram sistit; quo contactu dolor omnis illicò abscedit, eumque ille euentum, ceu miraculum omnibus statim narrauit.

Gregoria Æmiliana fuit Hieronymo ex Luca Fratre Neptis, Virgo Deo sacrata, in Monasterio Monialium Sancti Ludouici Venetijs, vbi octogesimum annum agens, miro religionis & pietatis exemplo clara, & Monialibus omnibus cara excessit, hæc pluries referre solebat se Patruum sanctum habere, ad cuius intercessionem aduersa re aliqua imminente, se referret, eumque deprecatorem apud Deum adhiberet; à quo etiam multa se accepisse insignia dona profitebatur; idque serio alijs Monialibus, cum de Dei rebus ageret, narrare conieuerat.

*Alia beneficia Hieronymi precibus  
diuinicias concessa.*

*Cap. IV.*

**B**ergomi in Monasterio Puellarum Suburbij Sancti Antonij, Lucia Brigida quindecim iam annos rheumatismum (fluxionem salfam nostrum

nostri vocant) patiebatur; quo noxio humore  
calentibus admodum naribus (quò maximè de-  
fluebat) caput etiam ardenti inflammatione in-  
cendebatur, neque grauedini subueniri vlla Me-  
dicorum peritia poterat, frustrà iam per tot an-  
nos implorata eorum industria, & adhibitis re-  
medijs, diligentique ciborum delectu seruato:  
erat autem genus morbi tūm ob narium capi-  
tisque inflammationem valde noxiūm, tum ob  
putridam defluentein pituitam omnibus horri-  
dum & inuisum. Lucia igitur, damnata quadam  
die inutili Medicorū opera, ad Diuinam opem,  
Hieronymo deprecatore, se conuertit, eiusque  
meritis & intercessione sanitatem à Domino  
ardenti prece depositit. Vtīlis omnino Patronus  
Hieronymus extitit; siquidem citissimè sanam  
se sensit, omniq[ue] ciborum genere in posterum  
sine ullo delectu ac discrimine vfa, nullam pror-  
sus offensionem eit experta, itaque Deo Hiero-  
nymoque deprecatori gratias agit.

Somaschæ Catharina Vulpia Ambrosij vxor  
difficili partu laborans, duabus noctibus, & die  
integro, discruciatur vix ferendū in modum,  
nec fœtum eniti poterat, cum ad eandem acce-  
dit Andreas eius Sacer, vixque parientis cubicu-  
lum ingressus, eamque tam acerbo cruciatu  
oppresiam, & exclamantem intuitus, illico re-  
cessit non diutiū languentis aspectum ferre va-  
lens in proximumque cubiculum sedens ad  
imaginem Beatæ Virginis accedit, ibique humili-  
positis genibus, fusa oratione. Hieronymi me-  
rita ad impetrandum laboranti leuamentum,  
adhi-

234 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
adhibet, polliceturque se argenteam imaginem  
Hieronymi sepulchro oblaturum, si prægnans  
facilem partum enixa sit: statim ac Hieronymi  
voto propitiauit, partus incolumis prodit, nul-  
lo fere doloris sensu, cum de utriusque vita ab  
omnibus antea dubitaretur. Andreas, argentea  
tabella Hieronymi sepulchro oblata, eum sui  
beneficij auctorem professus est.

Eodem in loco Prudentia Amigonia colicis  
doloribus saepius acerrime vexabatur, nec illa  
iam arte leuari poterat, medicamentis omnibus  
irrito exitu tentatis; cum Hieronymo tandem,  
ardentissimas in preces fusa, se commendat,  
votique sponsione obligat diebus singulis, vita  
durante, recitaturam ter orationem Dominici  
cam & Salutationem Angelicam, in honorem  
Dei, & Hieronymi, emissoque voto, nullo un-  
quam postea dolore tentatur: quam gratiam  
Hieronymi precibus & meritis se debere te-  
statur.

Sed externa beneficia tecensenti haud præ-  
reunda domestica, prodendumque maximè,  
quod ex nostris Pater Andreas Stella in Hiero-  
nymi vita à se conscripta de se ipso publicè te-  
status est, Ego rem scitu non indigham eò fusiùs  
explicabo, quod supremus à nobis tanti viri  
discensus admonet de eo liberius ea scribenda,  
quæ, illo viuente, minimè licuisset. Res igitur  
in hunc planè modum se habuit. Allegaverat in  
Dalmatiam Clemens VIII. cum Apostolicis Vi-  
sitatoris munere Michaelem Priulum Antistitem  
Vicentinum, ad eam Provinciam recognoscen-

dam,

Digitized by Google

dam , & legibus ac constitutionibus ex ecclesiastica disciplina, si opus esset, cōmuñiendam : degebat verò tunc Vicentiax Collegio nostro Præpositus Pater Andreas Stella, qui eam Theologiae partem , quæ de conscientia nodis , quæstionibusque dissoluendis agit , publicis lectio- nibus in Aula Episcopali , magno sane nomine & concursu, nec fructu minore, explicabat ; ad populum etiam in Ecclesia maiore nitido illo suo , ac florenti dicendi genere , quo plurimum valuit, ac plane aureo eloquentia flumine, s̄pē dicebat, auditusque ibi fuerat in magni ieiunij ferijs tam denso, & frequeti auditore, ut in templo, alioqui amplissimo , interdum tamen ægre admodum ad suggestum perrumpere posset . Hunc igitur sibi Michael Theologi nomine in eo munere adsciuierat : quo ritè obito, cum Venetias rediisset, seu laboribus perfuncti muneris fractus seu noui Cœli inclemencia grauiter affctus , vix ab eo reditu mense decurso , ingenti sane Patriæ mœrore, & Ecclesiæ Vicentinæ damno ex humanis ereptus est . Vir omnibus & probitatis & prudentiae numeris absolutus, & in ecclesiastica disciplina constituenda , & retinenda immuli secundus: cui etiam cum multa Religio nostra , tum Collegium Vicentinum acceptum referre debet . Persimile autem vitæ periculum , sed dissimili exitu non diu ab ea reuersione adiit etiam Pater Stella ; nam mense Septembri Anno præsentis sæculi quarto , improba febre correptus est, cuius pestifera vis quo minus initio se proderet, tanto periculosius vitalia popu- laba-

labatur , medendi que peritos diu anticipates incerti euentus exitu detinebat; ad grauem autem corporis morbum , grauior etiam mentis ægritudo, phrænesis scilicet, addebatur, quæ aliquot dies hominem tenuit : in manifesto tamen delirio non deerat illi qualiscunque dicenda pietas ; à Medico egredi aditri se non patiebatur, nisi ante de genu ibi ad eius lectum quinques orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitasset (magnum certè insitæ probitatis argumentum , ut natura , quæ in eo genere morbi se maxime prodit ad ea pietatis officia prorumperet . ) Ægro igitur permultos dies grauiter conflicto , tūm morbi improbitas omnino erupit, cū adeò miserè iacenti nullam proorsus reliquam esse vitæ spem medici vno consensu affirmarent, cīque tanquam medicorum sententia plane deposito , cīque funeris pompam nostri apparetur , et non vna in Ecclesia eius salutis causa indicta esset à nobilioribus Ciuitatis supplicatio . Cūm igitur ad sanitatem mens ægra rediisset , sacro iam pane Viatici nomine refecto , & aliquantis per orationi intento , Hieronymus noster , cuius sepulchrum non multo antè religiosis causa adierat , animo occurrit , simulque voti cōcipiendi mens est data , quod ille statim hisce verbis nuncupauit . Bone Deus , si pristinæ redditur vires , lucisque usura addatur labenti vita , me serui tui Emiliani ordinis nostri auctoris vitam scriptum recipio ; & si Religionis mez Preses , diuine que voluntatis Interpres anpueris Voti etiā religione me obstringo . Misum dicas;

Vix concepto voto, in Hieronymi obsequium, remisit se morbi vis cæterisque de eius salute, desperantibus, utus æger certissimam vitæ & lenitatis spem illicet concepit; nec ea frustratus, si quidem in dies imminuto semper morbo, certissime conualuit, ab omnibus desperatione admirationem conuersa. Vix in morbo releuatus, promissis stetit, & summa eloquentia ac pietate Hieronymi vitam italico sermone conscripsit, cuius meritis acceptum vitæ beneficium refert. Atque utinam par exitus alterius infirmitatis fuisset, qua idem Pater hoc ipso Anno Venetijs occubuit, ubi morbida quadam, ac penè pestifera Autumni vis desæuire visa est, mense præseptim Octobri, quo longè plures solito, morbi tabe consumpti dicuntur: decimo septimo igitur Cal. Nouembris infirmitas Patrem inuasit, quæ satis aperte periculum vitæ intentare initio ostenderet, adeò etiā offenso stomacho, ut quid ingerendum esset, continuò & magno impetu egereret: sed, validioribus remedij statim adhibitis, ita videbatur repressa & gradienis vis, ut supremo etiam discrimine satis obuiam item, & periculum certissimè propulsatū medici in primis arbitrarentur; immanis enim illa stomachi offensio conquieuerat, nihilque iam morbi supererat, nisi tenuissima febris, quæ vigintinouem dies ægru, sed leuissimè admodū tentabat; semper tamen recuperandæ sahitis ostentata spe, Medicis etiā nihil præterea malit faciū dicitantibus. Cū eoce nihil minus istiis nostris que opinatiibus, de repente collapsis virtutib[us] & corporis lan-

labatur , medendaque peritos diu **ancipites** incerti etentus exitu detinebat; ad grauem autem corporis morbum , grauior etiam mentis ægritudo, phrænesis scilicet, addebatur, quæ aliquot dies hominem tenuit : in manifesto tamen delirio non deerat illi qualiscunque dicenda pietas ; à Medico enim adiri se non patiebatur, nisi ante de genu ibi ad eius lectum qui quies orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitasset (magnum certe insita probitatis argumentum , ut natura , quæ in eo generè morbi se maximè prodit ad ea pietatis officia prorumperet .) Ægro igitur permultos dies grauiter confitato, tum morbi improbitas omnino erupit, cù adeò miserè iacenti nullam proorsus reliquam esse vitæ spem medici vno consensu affirmarent, cíque tanquam medicorum sententia plane deposito , exponens funeris pompam nostri apparatent : sicut vna in Ecclesia eius salutis causa indicta esset à nobilioribus Ciuitatis supplicatio . Cùm igitur ad sanitatem mens ægra rediisset , sacro iam pane Viatice nomine refecto , & aliquantis per orationi intento, Hieronymus noster , cuius sepulchrum non multo antè religiosis causa adierat, animo occurrit, simulque voti cōcipiendi mens est data, quod ille statim hisce verbis nuncupauit. Bone Deus, si pristinæ redditantur vires , lucisque usura addatur labenti vita, me serui tui Aemiliani ordinis nostri auctoris vitam scripturum recipio ; & si Religionis meæ Preses, diuinæ tuæ voluntatis Interpres annuerit: Voti etiā religione me obstringo. Mirum dictu;

vix

vix concepto votō , in Hieronymi obsequium , remisit se morbi vis cæterisque de eius salute , desperantibus ; vñus æger certissimam vitā & lenitatis spem illico concepit ; nec eā frustratus , si quidem in dies imminuto semper morbo , certissime conualuit , ab omnibus desperatione in admirationem conuersa . Vix in orbo releuatus , promissis stetit , & summa eloquentia ac pietate Hieronymi vitam italico sermone conscripsit , cuius meritis acceptum vitā beneficium refert . Atqñ utinam par exitus alterius infirmitatis fuisset , qua idem Pater hoc ipso Anno Venetijs occubuit , vbi morbida quædam , ac penè pestifera Autumni vis desæuire visa est , mense præfertim Octobri , quo longè plures solito , morbi tabe consumpti dicuntur : decimo septimo igitur Cal. Nouembbris infirmitas Patrem inuasit , quæ satis aperte periculum vitæ intentare initio ostenderet , adeò etiā offenso stomacho , vt , quidquid ingestum esset , continuò & magno imperio egereret : sed , validioribus remedijis statim adhibitis , ita videbatur repressa ægritudinis vis , ut supremo etiam discrimine satis obuiam itum , & periculum certissimè propulsatū medici in primis arbitrarentur ; immanis enim illa stomachi offensio conquienerat , nihilque iam morbi supererat , nisi tenuissima febris , que vigintinouem dies ægru , sed lenissimè admodū tentabat ; semper tamen recuperandæ sahitis ostentata spe , Medicis etiā nihil præterea mali futurū dicitantibus . Cū eoce , nihil minus isti nosterisque opinantibus , de reponēt collapsis vitib[us] , tāc corporis lan-

languore correptus est , vt nullam in partem fo-  
mouere posset: febriculaque in luem pestiferam  
versa biduo homiuem extinxerit . Non tamen  
imparatum supremus hic casus Patrem inuasit ,  
näm per eos leuationis dies , cùm eius salutem  
omnino in tnto positam omnes illi certissime  
affirmarent, iamque periculo liberatū, citissime  
ex omni morbo emersuram dictitarent , & Me-  
dici in primis secundo ac prospera vniuersitate  
nunciarent ; vna tamen illi impendentis mortis  
facies ita oculis semper obuersabatur , vt nihil  
minus, quam de vita cogitaret. Quare nullus nisi  
de morte sermo, nulla cogitatio; patientia autē  
tanta morbi molestias perferte, vt nō obſcuram  
vicinæ migrationis præparationem planè cer-  
neres . Diem suum obiit quintodecimo Kalen-  
das Decembris maiore certè quam in præſenti  
explicare quām, *tonus Religionis dolore &*  
*incommodo*; quam ille affidnis concionum la-  
boribus in primis Italæ Ciuitatibus , solidas  
sugesti gloria, non parum illustrauit, & singu-  
lari rerū agendarum prudentia tūm in supremo  
magistratu , quem inter nos magna cum laude  
gessit , tūm posteā semper magnis in rebus præ-  
clarè adiunxit . Ingenium illi erat viuidum & ex-  
cellens , animus excelsus ad magna quæque &  
ardua factus, mores suauissimi ac planè amabi-  
les , aspectus venustate simul & maiestate deco-  
rus, semper hilaris ac renidenti persimilis . Cæ-  
tera suo loco vberiori stylo tradet historia Re-  
ligionis ; hæc ego pauca præcurens , quo com-  
munem acerbissimi vulneris dolorem aliqua ex-

parte

*Congr. Samasche fund. Lib. IV. 239*  
parte lenirem; ad reliqua de Hieronymo re-  
deamus.

*Hieronymi in Deum charitas.*

*Cap. V.*

**P**Ræteritium retum intermissa narratione", maiori, credo, cum legentium utilitate, ad cœlestes Hieronymi virtutes explicandas, stylus reuocabitur; ut enim superiora admirationis plurimum habeant, quæ legentium curiositatem alit & prouocat: ita hæc imitationem excitant & acuunt, qui sacrarum historiarum fructus solet esse præcipuus. Ab ea autem virtute libet scribendi initium sumere, quæ nobilitate inter cæteras, & dignitate princeps est, ardenti scilicet & eximia in Deum charitate, qua vna in primis adèò excelluit Hieronymus noster, vt vniuersa huius virtutis seu indicia seu partes in eo plurimum enituerint. Frequens primo loco, atque adèò assiduum orationis studium in eo fuit, vt in plures horas supplicationem quotidie produceret; quantumque huic exercitio diurna proximorum ministeria & institutio interdiu detrahebissent: tantumdem, nocturnis spacijs somno creptis, sarcire studeret; iamque illi erat per familiare, non modò bonam noctis partem orando traducere, sed integras etiam, nixis genibus supplicando insomnes transfigere; idque præser-tim cum ægris in Valetudinario, aut suis domi ad necessaria ministeria aduigilaret. Illud verò de afferibus aut etiam nudo solo somnum capere

re

re neque, positis vestimentis, si ideo factum  
interpreter quo citius expurgisci, expeditorque  
ad orationem excitari posset; non longe à vero  
aberrem, qui sciam huiusmodi quiescendi ratio-  
nem ab alijs etiam Sanctis Viris solius orationis  
causa esse suscepit (Sancta enim Elisabeta) ut  
alios omittam): Lantgrajj Turingiaj Principis  
vxor super pavimentum distento tapetulo cubi-  
tabat, ne mollius iacenti arctior somnus horas  
interciperebat orandi. Atriensi non multum erat  
in Hieronymum conquirendo, si vocaretur ad  
ianuam, laborandum; nisi enim communibus  
exercitijs, vel puerorum institutioni occupatum  
inuenisset, certum illi erat, ad orationis locum  
hominem conuenire. Qua ex longa frequentique  
cum Deo collocutione, & consuetudine tam  
facilis & prompta inerat illi in Deum mentis  
eleuatio, vt ex cuiusque creaturæ aspectu, vel no-  
vo rerū obiectu, aut etiam in usitato aliquo euen-  
tu, in Deū facillime raparetur; & que alios men-  
te abstractos, euagationum molestijs à Deo ab-  
ducere consueuerunt, ea vniuersa quasi supernæ  
ascensionis gradus Hieronymū semper in Deum  
agerent. Orationum autem eius fructus non te-  
nuis aut contemnendus, erat, idque sepius tum  
ægrorum, tum recte valentium cōmodo est com-  
probatum. Sed aliud, quod ad orationem etiam  
faciat, nouum placet afferre experimentū. Cum  
aliquando Somaschæ in Arce stata hora quotidi-  
anis precibus vacaret, omnisque circa fami-  
lia effusa de more adesset; tam pium pietatis  
opus non ferentes Inferni hostes, inter ardentes  
omnium

omnium preces , pueras inuadunt impurissimi spiritus , eosque ita versant , vt in risus cachinnosque soluti , in turpes obsecnasque voces , in iocose scurriliterque dicta erumpentes , pia orantium studia interturbarent . Intellexit illicò Hieronymus , vnde vocum insolentia , & insuetus existeret risus . Quare ardentiores in preces fūsus , adjurare funestissimas bestias , vt illinc faccesserent : Christi nomine imperare , vt pueros , in quibus nullum ius illis esset , liberos sinerent , & sine cunctatione loco se proriperent : nec mora , Hieronymi precibus indè exacta Inferni monstra nunquam rediere . Non tenue certè in Deum charitatis argumentum tam frequens , & tam vberi cum fructu , orationis exercitium . Tantum porro caducarum rerum contemptum , & tantam terrenarum omnium abdicationem , atque obliuionem , an absque eximio aliquo , & flagrantissimo eiusdem virtutis ardore existere potuisse putemus ? Nunquam certè adeò sordecentibus terrenis , superna expetuntur , nisi diuinæ charitatis dulcedine suo in fonte degustata : Hieronymo antem adeò ista viluerant , vt nulla iam Patriæ , nulla Affinium , nulla harum rerū mentio aut recordatio apud eum vigeret : quin nihil molestius , quam si quis de his sermonem mouisset ; Omnia enim perosus , nihil nisi diuina illi sapere videbantur . Sed nullum forte illustrius ardentissime in Deum charitatis argumentum erat ingenti illo dovere , quo ex diuina offensa afficiebatur , & peracerbo animi cruciatu , quem , numine laxo , experiebatur . Est qui

Iura-

iuramento affirmet, à Somaschenisbus iam grandæuis octogenarijs nempè, testibusque oculatis audiuisse, quod subijciam. Duo fratres Somaschenes, an ex alio Vico, non proditur; mutuis ac diuturnis impliciti discordijs, odijs inter se capitalibus diffidebant; cumque alter Vercuragum peteret, alter Vercurago Somascham rediret, in ipso cliui descensu sibi occurrerunt: utriusque ad alterius conspectum, mota ira, excitati vindictæ motus, effervescente scilicet circa præcordia, totoque corpore ebulliente sanguine; inde atrox & plena periculi exorta rixa: & primò verbis agi cœpta res est, sed ita, ut inter iurgia & minas, alter alterum maledictis & iniurijs lacefferet, impias omnino, & immanes, prout ab huiusmodi hominum genere fieri assolet, in Deum sacratissimaque Matrem blasphemias frequentissimas vterque effunderet: ut primum duo illi obuiam se habuere, forte superuenit etiam Hieronymus cum alijs; initioque contentionis auditio, accurrit, medium se interponit, hortatur & rogit, iras ut deponant, à blasphemis scelere linguis coercent. Quid (aiebat Hieronymus) quid malū commeruit Dominus noster? quid Sacratissima Virgo? qua in re vobis danno aut offensioni fuit? ut tām diris à vobis proscindantur execrationibus? Cumque visideret clausas esse monenti aures, & hortationibus ac precibus iam obduruuisse pectora, ille, qui horrendum blasphemarium sonum amplius ferre non posset, tantaque numinis iniuria plane disrumpetur; eodem in luto, ubi erat, genus

po.

ponit; & vos, inquit, à tanto blasphemiae scelerre, vél admoniti linguis non continetis? en ego in me ipsum vicifar scelus vestrum, luam diræ blasphemiae pœnas, ego cœlesti, vt potero, occurram vindictæ; tum os infigit luto, dentibus carpit, toto ore cœnum versat, mandit, & dentibus terit; ad eosque iterum, non sine lacrymis: vestris vos, inquit, linguis & ore plusquam sacrilego male Deum Beatissimamque Virginem accipitis: ego lingua oreque meo tandem cœnum volutabo, donec a diris desistatis, læsoque Numinis satisfiat: cumque ita & lutum ore sumere, & velenti dentibus mandere, illosque objurgare pergeret, non tulit diuina bonitas, vt tantus de Numinis iniuria conceptus dolor, & tam nobilis ad eam auertendam Hieronymi conatus irritus concideret: siquidem illi tam raro insolentique factio vehementer permoti; stupore defixi hæsere, irarumque nonnihil restinctis ardoribus, maledictis etiam abstinuerunt: tum Hieronymus pacem expetere, pacem urgere per Christi Domini Beatissimeque Virginis merita, pacem implorare & deprecari: hoc sanctissimis illis Numinibus tribuerent, aiebat, quæ tam diris execrationibus fœde laniassent; vt, pœnitentia satisfactionisque loco, pacem inirent, pacem darent; nec ægræ Hieronymi factis & dictis, obdurata pectora sunt emollita, posite iræ, sublata rixa, vt, non sine mutuis lacrymis, gaudioque reconciliatione facta, in fraternam consuetudinem statim redierint. Ita inueteratas iras & diræ blasphemiae crimina innitata ad eum diem

244 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

Hieronymi pœnitentia castigauit & sustulit. Et sane asperrima quæque prompto libentique animo subijslet, vel leuissimæ in Deum offendis propulsandæ causa; adeò ille, læso Numine, intimis animi doloribus discruciatatur, cuius rei causa postremis præsertim vitæ annis maximo- perè affligi, ac penè profligari videbatur; cūque corruptissimam illorum temporum viuendi licentiam diutiùs ferre non posset, & emendatam christiano homine dignam morum disciplinam in omnibus audiissimè expeteret, in eam rem breuem quandam ac simplicem confecit orationem, quam à pueris sub Missæ Sacrificium, & inter alias preces quotidie recitari voluit: eam orationem hic ego, eadem, styli simplicitate latine factam subtexam, sic autem habet.

Dulcis Pater noster, Domine Iesu Christe, rogamus te pro tua infinita bonitate, ut totam Christianitatem informes & dirigas ad eam normam sanctitatis, quæ floruit temporibus Apostolorum tuorum. Quæ precationis formula in præsenti etiam à pueris orphanis inter quotidianas orationes usurpatur. Sed cum non modò in meliorem locum res deuenirent, verum etiā prauorum dogmatum pestilenti afflante viru, & nefaria insannissimarum opinionum licentia, in summam perturbationem incidissent tempora illa, & catholica disciplina multis in locis immani perfidorum exagitata furore periclitari, frangi, ac omnino profligari videretur: tabescerat Hieronymus in tam dira temporum calamitate, nec sine lacrymis intueri poterat Ecclesiæ na-

uem, commune salutis perfugium, improbissimorum hominum audaci temeritate, grauissimis aduersæ fortunæ fluctibus miserè iactari, atque affligi: cumquè multò maximam, multoque grauissimam ex eo contraxisset molestiam, tamen quotidiè magis cōtracti doloris vehementia ex improborum desperata salute, absumentebatur, neque illa voluptas impressam animo sollicitudinem leuare poterat: quin longo iam ærumnarum, & malorum concursu defatigatus animus, cùm ad obrepentem mœrorem opprimendū deficeret; ipsi etiam corpori supremam ægritudinem attulit, quæ ab animo in tanta molestia, & grani mœrore diu versante, frequenter existere solet. Atque ità Hieronymum ærumnarum acerbitate debilitatum, & doloris angore viatum, bona valetudo, ac posteà vita dereliquit; ut non immeritò ardenti potius Catholicæ fidei zelo, & acerbissimo diuexata Ecclesiæ dolore (quæ ardentissimæ in Deum charitatis indicia sunt manifesta) quam morbi vi credatur extintus.

*Eiusdem Charitas in proximos.*

*Cap. VI.*

**S**ED non infœunda erat illa in Denm charitas, & sterilis; nam amor Dei, vt inquit Sanctus Gregorius, Amorem proximi generat, & amorem proximi calefacit amor Dei. Amor hic porro proximi & ipse multiplici sobole germinans, late admodum in proximos ipsos lese

*Humil. in  
Exort.*

effundit, quorum egestatem subleuat, inscitiam depellit, errata condonat, offensas suffert, quibus in officijs omnibus insignis plane, si quis alius fuit Hieronymus: qui hanc benignè faciendo disciplinam erga omnes adeò excoluit; vt inter virtutes, quibus in omni vita ornatissimus fuit, nulla mihi hac vna in proximos charitate admirabilior videatur. Ut enim de suis bonis largè pauperibus subuenire non farum & infrequens sit; quantum illud est domesticam supellectilem eleemosynis vniuersam exhaustire, facultates omnes in pauperum usus profundere, seque adeò in eundem paupertatis & miseriae ordinem redigere; vt ostiatim victum mox egenis refundendum emendicaret, mucidis crustis, & panis recisamentis ipse vicitare assueuerit, meliore cibo pauperibus apposito, quasi multo acerbiùs aliena, quam sua premeretur egestate, & inedia cruciaretur? non absimilis certè hac in re Sancto Exuperio illi Tolosanæ Ecclesiæ in Narbonensi Gallia Episcopo, quem mirificè commendat S. Hieronymus; quòd scilicet viduæ Sareptensis imitator ipse esuriens pasceret alios, &, ore pallente ieunijs, fame torque-ret aliena; omnemque substantiam Christi visceribus erogarit. Sed, vt à rectè valentibus ad agros me referam, in quos multo effusior eius excurrebat benignitas, hic vnum non reticebo, quo vniuersa superioribus libris hoc de genere tradita faciliùs ad examen reuocabuntur, & intuitum oculis singula sua cum dignitate & præstantia subjicientur; Hieronymi scilicet charitatem

*Epiſtol. ad  
Rufiſcum  
Monach.*

*Eius cha-  
ritas in e-  
gros.*

ritatem in languentes & ægros huiusmodi habuisse exordia, & incrementa, quæ cum aliorum illustri sanctitate facile certet, & eos postremò exitus nactam, qui sublimen martyrij gloriam merito exæquent. Cogitanti enim mihi initia illa pietatis in ægros Venetijs impensæ, vbi prima Hieronymo fuit huius palæstra virtutis, planè se obijciunt Diui Bernardini Senensis sanctitatis tyrocinia, quæ ille huiusmodi operibus ita apud ciues suos posuit cum Senæ graui pestilentia vastarentur, ut duodenis comitatus iuuenibus, quos sibi ad ipsum opus delegerat, circumiret ægrotantium domios, languentes & gravioriter affectos consolaretur, egestate laborantibus subueniret, sepelliret defunctos, paratus omnes subire casus, quos terra illa lues se temere ingerentibus inferre potuisset. Certè si quis Hieronymi charitatis initia illa in ægros, & defunctos, quæ suo retulimus loco, cum ijs Sancti Bernardini conferre velit, non admodum forte inter se distinere comperiet. Quo deinde in studio impensiis occupatus Hieronymus, & multo iam tempore animo obsfirmatus, eos habuit progressus, qui præstantioribus in hoc genere nihil omnino concedant, quod planum fiet si ea repeatantur, quæ de Elisabetta Pannoniorum Regis filia, & Lantgrauij Turringiæ Principis coniuge in ægros charitate tradūtur; quæ scilicet èo proficerat, ut non alienum à sua dignitate putaret mendicum, infirmum, obsitum, squallidum, male olientem suo recipere sinu, suisque manibus crinem illius pectere, tondere capit, lauare to-

Initium  
eius chari-  
tatis in æ-  
gros.

Lib. I. c.

Eiusdē vir-  
tutis aug-  
mentum.

248 . *De Vita Hieronymi Aemiliani*

tum corpus ; & quantum licuit à fædore, sordibusque vindicare : aliaque huiusmodi in pauperes ægros , & vlcerosos officia personare . Cui etiam adnectenda Maria illa Decegnies, cognomento dicta, cum viro suo, quos non languoris deformitas , non tabes , non sanies fœculenta , non morbi euitanda contagio, ab ægrorum cura arcebatur : quin miserabilior ægrotantium facies , ministrantium curam magis accendebat : quibus christianæ charitatis incremètis ex æquo respondere cernet, quæ de Hieronymo in ægros , & vlcerosos, ac sanie manates suo retulimus loco, qui attente perpendet. Sed exitum iam tantæ in ægros , & miserè iacentes charitatis spectemus , qui is tandem fuit , vt, grassante lue , cum ægri suo more impense deseruiret Hieronymus eodem tractus morbo , non forte minori interierit, quam martyrij gloria; quædò obouentes in huiusmodi charitatis operibus implicitos , in album martyrum ecclesiastici fasti referre consueuerint ; ita enim pridie Kalendas Martij permultos, qui, peste grassante, laboratibus strenue ministrantes mortem oppetiere, veluti martyres religiosa piorum fides venerari consuevit; quibus etiam luculentum dedit testimonium Sanctus Dionysius Episcopus Alexandrinus in epistola ad Hieracem Episcopum , quam refert Eusebius, cuius hæc pauca nos verba subscribe mus . Adeò vt istud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem , & robustam fidem suscipiebatur , nihil à martyrij splendore abesse videretur. Adeundus omnino Eusebij locus, qui

plu-

Lib. 3.

*Quis in æ-  
gros chari-  
tatis por-  
ficio .*

*Lib. 7. tit. II.  
cp. 16. 17.*

plurimum ad causam mortis Hieronymi illustrandam facit; atque ex his habemus quæ exordia, & progressus Hieronymi in proximos iacentes charitas habuerit, & quò tandem illustri suo exitu euaserit. Omissa verò corporum curatione, ad animorum culturam gradum faciamus. Quorum tantò erat studiosior Hieronymus, quanto corpore animus est præstantior; eius rei causa, quos ille non tulit labores? quas non deuorauit molestias? quæ non subiuit discrimina? hinc illa perpetua, ac ferè nunquam intermissa catechismi tradendi occupatio, & christianæ doctrinæ instructio, hinc creberrimæ illæ & ardentes in foro, in triujs, in agris, vbi tandem commodum fuisset, ad multitudinem exhortationes tam flagranti cum ardore dicentis, & audientium fructu, ut vir ineruditus saepissime de rebus diuinis verba faciens, libentissimis audiretur animis, & probaretur ab omnibus; cui nullum vacuum tempus à proximorum institutione & commodis esset qui ad omnia fauientis occasionis momenta incumbens, ea sedulò exciperet, quò vniuersos ignorantiae tenebris, quoad posset, eductos, ad iustitiae & veritatis lumen traduceret. Et sanè cum ea, quæ alienæ salutis procurandæ studio egit, mecum animo reputo, venit saepius in mentem mirari, qui artus, quæ vires, quæ tam firma bene compacti corporis constitutio potuerit tanta paupertatis incommoda, laborum molestias, æruinnarum acerbitates absorbere & concoquere, tranquillo præsertim semper animo, serena fronte, ac corpore

Eius schä-  
ristis offi-  
cia anima-  
ræ causa •

pore propè indefesso : sed nimirum cœlestis illa  
 charitatis vis , & proximorum Christiana dile-  
 & tio ità mentem ad omnes corporis labores , &  
 ærumnas æquo animo non solum perferendas ,  
 sed etiàm contemnendas confirmauerat ; vt nul-  
 lis hominum conuicijs , & probris , nullis pau-  
 pertatis molestijs , aut incommodis , nullis cor-  
 poris laboribus , & vigilijs à proximorum salute  
 procuranda reuocari , aut retardari posse vide-  
 retur : ità scilicet ille gemina ih Deum , & proxi-  
 mos charitate magistra , ad omnem animi , &  
 corporis patientiam , quæ malorum omnium  
 viætrix egregia est , iam eruditus , obduruerat ad  
 molestias , & occalluerat ad labores . Sed illud in  
 hoc genere singulari animaduersione dignum ,  
 quod magno ausu aggressus , exitu tam secundo ,  
 felicique euentu absoluit : cum Christo Domino  
*Zius cha-*  
*ritatis in*  
*perditissi-*  
*mæ mul-*  
*ieres.*  
 peperit , adduxitque mulieres publico in scelere  
 perditas , fecitque Christianæ probitatis magi-  
 stras , ac duces in clauistro , quæ fuerant in lupa-  
 nari integratatis hostes infensissimæ . Non defue-  
 re certè sanctissimi viri , qui eadem in proximos  
 charitate incensi , eandem etiam aggressi sunt  
 prouinciam ; vt huiusmodi mulieres ad Christum  
 perducerent ; sed quam dissimili euentu intelli-  
 gimus ex earum paucitate , quas verè ad pœni-  
 tentiā ab illis traductas legimus ; idque non  
 nisi summa quadam dissimulatione , & artificio  
 planè singulari , non leui etiàm interdùm famæ  
 honorisque iactura . Vnus celebratur scriptorum  
 monumentis Pafnutius Abbas , qui Thaidem  
 nobile illud scortum eo artificio à quæstu meri-  
 tricio

tricio ad pœnitentiam compulit; imperato scilicet ab ea secreto loco, & metum ac trepidationem simulans, identidem fiscitabatur, an si congrederentur, eos visurus esset aliquis; cum quemegaret illa ab ullo se videri, præterquam ab ipso Deo, qui omnia cerneret, omnia sciret: ergo, arrepta occasione, subintulit senex, credis Deum nihil latere, & coram ipso peccare non erubescis, qui tua puniet, & omnium scelera? Perculit mētricis laniū tempestiu Pafnutij exprobratio, obortisque lachrymis, illicò pœnitentiam egit. Sed tam nobili artificio, & acri interrogatione vix unam Christo peperit Pafnutius. Vitalis etiam Alexandriæ Monachi mira admodum in persimili opere fuit charitatis industria, qui postribula sèpè adibat fœminarum, & cum ea, quæ impudentiore lasciuia diffluere videbatur, noctem patens, pretium offerebat: admissus autem in aliquo fornicis angulo, procumbens, orationi vacabat, donec illucesceret dies; factum admirans mulier cogebatur interim tacita intra se cogitare, non certè quantum lucri fecisset, sed quantum, turpiter viuendo, cœleste nomen offendisset: itaque nonnullæ ab eo hac simulatione conuersæ, vitam correxere; sed Vitalis peruersa hominum opinione iactatus, palam male audiebat, quod frequens circà lupanaria esset; ut facili intelligam: huiusmodi mulierū correctionem tanto cum salutis & famæ discrimine, tanto cum labore, & industria à sanctissimis viris tentatam, quam exiguo cum fructu sèpè succeſserit. Quo libeat

libeat magis in eodem charitatis opere admirari Hieronymum prisciis illis sanctissimis patriarchis non quidem sapientiorem, aut sanctiorem; sed secundo rei euentu feliciorem, qui non vna, aut alteram, sed permultas non ab ea turpi vita licentia, & vtiiorum castris abstraxit, quod permultum est, & aestimandum maximè, sed intrà monasterij septa in ipsa penitentiæ & virtutum omnium castra, quod maximè admirandum est, compulit; idque non integra solum apud omnes innocentia fama, sed illustriori etiam æximia charitatis commendatione & gloria.

*Quam ex eius charitatis in proximos fructus non contemnendus, quod aliorum in Deum commissis, et si intimè angeretur, diuinamq; bonitatem ab ingratis scelere offenditam vehementissimè indoleret; adeò tamen humanam fragilitatem eleuando & excusando, benignè fererat; ut æquorem in delinquentes ac mitiorem præbere se non posset: cumque acerrimè in via ipsa exardesceret, ac penè desquiret, vitijs tamen obnoxios mitissimè accipiebat & lenissimè; sic in se ipsum etiam ob leues noxas securus, in alios verò lenis & mitis esse consueverat.*

*Si verò quidpiam iniuriaz aut offendit ab alio tulisset, admirationi prorsus erat animi illa constantia & æquabilitas, qua vniuersa misericordia ferebat. Plura sunt huius generis, eaq; grauissima in tota eius vita exempla obseruata.*

*quam ità ille rebellantem sensum edomuerat, ut nullum dulcius acroama ad aures illius, quam multa in cuius congesta conuicia, & illatæ contume-*

*Quam cōstanti cha  
ritate fibi  
infensos  
prosequore  
tur.*

tumeliz accedere posset; atque his, alijsque per multis experimentis, quibus christiana in proximos charitas comp. obatur, adeò illustris in hac virtute, & excellens extitisse videtur, vt, quod de Sancto Honorato dixit aliquando Sanctus Hilarius, non incongruè de Hieronymo usurpare me posse diffidam: tantam scilicet in eo fuisse latitudinem charitatis, vt, si specie facieque hominis ea virtus exprimenda esset, Hieronymi potissimum pingi vultu debere videretur: neque suprà fidem, aut exaggerandi gratia aliquid à nobis dici existimabit, qui superiores vitæ liberos æquo animo percurret. Sed quando nullibi magis assiduam & feruentem libet spectare Hieronymi charitatem, quam in pauperes de-relictos & orphanos; placet seorsim hoc pium charitatis institutum expendere, fusiusque de eo agere.

*Derelictæ sobolis educatio quam pium,  
& Republicæ utile institutum.*

*Cap. VII.*

**A**rdentem illum in Hieronymo sanctæ charitatis ignem alebat maxime, perpetuoque fouebat quædam non intermissa diuinorum beneficiorum recordatio, quæ semper in eius mente vigebat; sed unico illo, & inter cætera singulatim mirificè capiebatur, quod cum ille diues esset, pro nobis egenus factus est, cui cum nunquam parem ab humano genere gratiam persolui pos-

*Car pani-  
peros dere-  
lictos mira  
charitate  
complete-  
re sur Hie-  
romynus.*

254 *De vita Hieronymi Aemilianis*  
se intelligeret, quantam maximam tamen posset  
pro viribus reprendere studebat. Quocircā in  
Christi pauperes effusissima ferebatur charitate,  
quod ipsum Christum pro nobis egentem factum  
maxime referrent, & impensa Christianæ cha-  
ritatis officia eiusdem Christi vice admitterent;  
qui, quod vni ex his minimis præstitum fuerit,  
sibi vni præstitum fatetur; ut nil mirum, si totus  
eo in opere Hieronymus, hoc vnum, inter cetera  
pietatis officia, proprium sibi fecerit institu-  
tum: quod certè munus quam non modò ipsi  
Deo gratum & acceptum, sed & Republicæ co-  
modum sit, neque à suscepta scriptione alienum,  
neque lectori iniucundum erit paucis indicare,  
Qui enim diuina humano conuentur oculo ad  
egregiam operis commendationem non ani-  
maduertunt quam salubri, & religoso conatu,  
è communi animarum salute, diuinaque glo-  
ria quisque desudet: sed quam specioso & illustri  
hominum plausu, aut è priuatæ utilitatis com-  
modis & splendore laboret; ac ideo minus huic  
instituto deferunt, in quo plus est curarum &  
laborum, quam splendoris & pompæ. Cæterum  
utilius hoc, quam speciosius institutum solidæ  
charitatis reique publicæ per commodum opis,  
si quod aliud, merito censemur; nobilioribus  
enim, & fortunis instructis, qui sedulam nauent  
operam, reperiuntur non infrequentes; quandò  
ex eo opere, vel non exigua lucri affulgeat spes,  
vel ambitionis aura è potentiorum seruitute &  
clientelis excitata, & collecta non leuiter blan-  
diatur; extremorum verò inopia & miseria con-  
*Quam no-  
cessaria de-  
reliqua so-  
bolis institu-  
tio.*

felorum curam qui suscipiat, admodum perrari; cum nullum allicitat cōmodum, nullum soliciter lucrum, sola laborum & ærumnarum copiosa se, ges efflorescat & inuitet. Quod si pauperis corpus vel cibo alere, vel veste contegere. charitatis non iniuriam patitur, quanto altioris ordinis illa erunt? eiusdem animum bonis moribus excolore, mentem christianis virtutibus exornare, catholicæ fidei rudimenta, diuinæque legis pracepta tenellæ adhuc ætati & infirmæ instillare, quæ formancium manus ad virtutem, rectamque fidem facile seqnitur; tum eosdem varijs artibus & opificio informare, quo vitam honestè traducere, & si costringat, familiam etiā alere queant; si qui etiam eminentioris ingenij existant, è sedentarijs illis artibus, sordiumque tenebris ad doctrinarum lumen adducere; nec modò corporis famem cibo, sed insitam etiam illam, & à natura ingenitem sciendi cupiditatem ingenuis artibus sedare? Et certè si vniuersos christianæ recipubliez ordines animo repeatas, si gradus omnes ratione perlustres, si status denique mente reuoluas ac percutas, complures occurrent, qui misere neglecti in perpetuis natalium sordibus, furto, vitijsque omnibus expositi, diuino numini & Cœnitatibus infensi perpetuò iacuissent, nisi huius institutionis & disciplinæ beneficio è natalium tenebris, reique familiaris angustijs, vel ad doctrinarum culmen & gloriam, vel ad honestas artes & opes non exigucas, ingenti certè Recipublicæ bono, aliquando emersissent: quales etiam immumeri pene fung tum minores opifices

Etiam in-  
fimi bene-  
exculci u-  
niuersa rei  
pub. admo-  
dexm usile.

in

256 *De Vita Hieronymi Aemiliani*

in officinis operam mercede exercentes, tūm etiām officinarum magistri, qui ex hac pauperum derelictorum institutione prodiere prodeuntque quotidie, quorum in officinis, si quid contrahas, vides omnia citrā fraudem ac periuaria omnino sincera fide transfigi, magna contrahentium utilitate, & Christianæ probitatis exemplo. Nec in præteritis illud reliquendum, quām frequentes sacrī ordinibus nomina dede-  
rint, dentque frequentissimi, quorum doctrina & probitas multi Christianæ Reipublicæ parti-  
bus admodum utilis, & frugifera cominenda-  
tur. Ut igitur nobiliorum institutio præclaros  
sanè & egregios habeat exitus, (permagni enim  
Reipublicæ interest, quām recte ad pietatem &  
virtutem nobilitas informetur, cuius tanta est  
in utramque partem vis atque potestas) infimo-  
rum tamen & tenuiorum informatio suo non  
caret fructu, nec minori apud Deum mercede  
compensatur. Quin ubiores etiam interdum  
pietatis & religionis fructus, vel tenui cultura,  
ex infimis & humilibus legi, quām ē nobilium  
dūitumque diligent cultu, idcirco plures San-  
ctorum Patrum sensere: tūm quia opulent &  
potentiores nihil præter terrena sapere aut cu-  
rare yidentur, tenuiores verò rebus humanis mi-  
nus addicti facile, hisce contemptis, toto pecto-  
re ad cœlestia anhelant, eaque magno cum pie-  
tatis sensu contemplantur, & expetunt: tūm  
etiām, quia diuitias & nobilitatem, Dei homi-  
numque contemptus ferè comitatur: cùm infi-  
niōres cœlestē numen puriori religione colere,  
ciusque

*Quam spū  
ritualium  
bonorum  
fœcunda  
infiorum  
institutio.*

eiisque maiestatem vereri facile condiscant; hi enim humana non magnoperè expertentes diuina audè arripunt, quæ nobiliores, animo. amplitudinis humanæ cupiditate occupato. penitus excludunt pauperes illos verum inferiorū cōtemptores haud agrè allicit ælestis vite amio & studium; quod potentiores imaginarijs honoribus, excellentiæque studijs ( cuius maximè appetens est nobilitas.) indulgentes radio atque molestia afficit. Vnde non immerito cœlestium donorum opea laxiori manu in illos effundere diuina bonitas cōsueuit quæs ab his rebus mente soluta, ab alienataque voluntate, sitire cœlestiā videt ardentiū, & ad christianā disciplinam multò esse propensiōres. Quippe tanti refert, quām vacuo liberoque animo ad Deū accedas. Quibus certè alijsque permultis de causis nemini iam mirum esse deber, si huius destituta sobolis cura perpetuò summis viris, sanctisque hominibus cordi quammaximè fuerit. Inter quos tam pīj sacrique instituti Princeps & auctor Sanus Zoticus censetur, qui eximia nobilitatis & virtutum omnīū laude Romæ florens, cum alijs summis viris Constantinopolim & Magno Constantino Cæsare tradidic̄us, ad summā Imperij munera obēunda, ibi primus orborum curam suscepit, eisquæ contubetrio erecto, proprias aedes assignauit, & certam vivendi rationem iustituit. Vnde Leonis & Anthemij Angulorū rescripto ad Dioscorum Prefectum, sancti viri memoriam in hac verba commendatur. Zoticus beatissimus memor, qui primus huiusmodi Leg. omnia prærogativa, C. de Episc. Cleric.

R pietat-

pietatis officia inuenisse dicitur. Sed & Græcis Latiisque sacrorum fastorum monumentis pri-  
die Kal. Ianuarij egregia viri sanctitas, & pium.  
charitatis opus illustratur: ut non iparum etiam:  
hic pauperum derelictorum institutio auctoris:  
nobilitate & sanctitate commendetur: Quod  
verò Constantinopoli S. Zoticus; idem etiam in  
**S. Clemens**  
**Martyr s-**  
**iusdem in-**  
**dicunt se-**  
**ctor.** Gallatia, pari pietatis laude, S. Clemens Episco-  
pus & martyr praestitit. Hic magnus ille Clemens,  
martyrum columnæ, & caecis terror, cui orphan-  
orum colligendi curam & studium accendit di-  
ra fames, quæ tunc Gallatiam invasit, dumque  
esset ille admodum iuuenis, & tunc vix vigescen-  
tatis anno expleto, Ancyrensi Episcopatu in-  
auguratus, Orphanorum tamen institutum non  
dimisit. Quin illud etiam addidit (quod Hiero-  
ronymus etiam Somaschæ praestitit, & nostra)  
adhuc in Religione, certis ad id adibüs affi-  
gnatis, vsu receptum est) ut præter pauperes,  
orbos etiam à nobilioribus oblatos filios apud  
se domi aleret, educaret, & erudiret. In ean-  
**Adelhardus**  
**dus eiusdē**  
**operis Pa-**  
**ter.** dem pietatis laudem acerrimè incubuit Sancus  
Adelhardus Pipini Magni Nepos, & Caroli Au-  
gusti Confessor, qui nouam in Regno Gallia  
vel inquit, vel tempore defunctam derelicta  
bolis curam rethocauit: orbis enim pueris in-  
vitatis collectis insigne obniciiū attribuit, tan-  
taque pietate operi semper praefuit, ut quos huic  
officio missos assignaret, velut pauperum  
medicis ac panachs, cum ipse intetesse, opusque  
suis manibus perficere non posset, diligentissi-  
mo me instrueret, qua ratione cibos pararent, ne  
tenellæ

benellæ etatis sanitas laederetur. Sed & hoc mis-  
simè reticendum, quod maxime in rem nostrâ  
facit, Adelhardum virum Religiosum fuisse, &  
Abbatem Corbeiensem, ut hoc institutum à re-  
ligiosis hominibus non abhorrere appareat. In  
**Cypro** etiam S. Sophronius Episcopus pupili-  
sum, & orphanorum patronus, & pauperum om-  
nium adiutor mirificus fuit, cuius in pauperes  
egregia charitas ecclesiasticis fastis celebratur  
sesto Idus Decembris. Neque verò in omni con-  
sequenti posteritate viri onustum laudum gene-  
re defuere, qui in idem pietatis opus curas om-  
nes direxerint, quibus Hieronymum etiam no-  
strum præterito sæculo diuina bonitas addidit,  
& ad huiusmodi loca tota fermè Gallia Cisalpi-  
na construenda excitauit: quo in munere quam  
diuina clementia magnis rebus gerendis eidem  
adfuerit, satis præcedentibus libris continentia  
narratione expressus illius vitæ cursus decla-  
rauit.

**Insignis Hieronymi corporis, mortificatio;**  
quæ pœnitētia. Et paupertate absoluitur.  
Cap. VIII.

**V**eram & germanam in Deum, proximosque  
charitatem, & assiduum orationis studium  
in signis semper mortificatio comitatur, indissol-  
lubilique nexu illis perpetuò unitur: nec ea so-  
lum, quæ insanas corporis appetitiones, & effra-  
nos sensuum motus domat: sed etiam quæ animi

260 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
elationes immoderatosque spiritus cohibet, &  
reprimit: quæ vtraque mortificationis pars quā  
in Hieronymo fuerit absoluta, tradendum est.

*Corporis  
mortifica-  
cio, qua pœ-  
nitentia &  
paupertate  
cōtinetur.*  
*Pœnitentia  
Hieronymi  
pœnitentia  
in vita  
quam aspe-  
ra.*  
Ac ut eam, primo contemplemur, quæ corpus  
respicit, ea ferè Pœnitentia & Paupertate con-  
tinetur, quarū virtutum gloria perillustris fuit  
Hieronymus; quippè asper admodum semper in  
se ipsum fuit, sensumquæ & corporis domitor  
omnino seuerius. Quām enim asperam vicissu-  
rationem usurparit, sāpius indicatum est: initio  
namque suæ conuersionis cū cibi minimi esset  
atque vulgariſtum verò eos fecit in abstinentiæ  
virtute processus, vt vix aliquid vilissimi edulij  
cum ceteris domesticis visitans ad panem adhi-  
beret; eoque postremis vitæ annis processit vt  
pani secundario, vel etiam hordeaceo, & frigi-  
da vitam duceret: atque adeò tam asperæ cibo-  
rum abstinentiæ assueuerat, vt nē aspectum qui-  
dein lautiorum ciborum ferret; cuius rei argu-  
mento sunt vberimæ lachrymæ super mensam  
apud Scainum fusæ: quod ego nunquam certe  
memini, quin memorie succurrat quid de Pale-  
mone Thebaide solitudinis Monacho produnt,  
qui cum Pachomium contubernalem suum hōr-  
taretur, vt celebri die Resurrectionis Domini so-  
lito lautiùs obsonaret, coxit ille olus, oleoque  
& sale condicuit; sed posita mensa, Palemon su-  
spensus parumper hæsit, ingemuit, hisque verbis  
lachrymas emisit: Dominus meus crucifixus fele  
& acero potatus est, & ego oleum edam? cumque  
illum vbertim flentem rogaret Pachomius, vt  
cibum sumerer, illamque olei lautitiam nō tam  
fibi,

sibi; quam illistrī, & omnium maxīmæ celebri-  
 tati concederet, non obtinuit; quin Palæmonis  
 lachrymæ persuicerunt, vt nè Pachomius quidem  
 præter pacem: cam sale & frigida, quidquam  
 gustaret. Simili abstinentiæ ardore Hieronymus:  
 Sanctissimi Crucifixi recordatione splendidio-  
 res auersabatur mensas, & pari lachrymarum  
 vbertate alios etiam à lautiori escarum vſu eo  
 die apud Scainum reuocauit. Et quidem ad hanc  
 virtutem abstinentiæ domesticos in primis ca-  
 terosque, qui illi in disciplinam se tradderent, quo  
 informabat exemplo, & institutione, parcoqui  
 & parabili cibo eos vti ubique volebat. Ut uni-  
 uersa in hoc genere de eius institutis illis plane  
 verbis S. Hieronymi concludere posse mihi  
 deat, quæ de Mohachis eremiti ait. De cibis ve-  
 rò & potu taceo, cum etiam languentes Mona-  
 chi aqua frigida vtantur, coctum aliquid acce-  
 pisse luxuria sit. Eadem vitæ asperitas comita-  
 batur quiescentem; cum enim aliquando subie-  
 ctas palcas ad cubitum adhiberet, ut postea de-  
 uenit, vt corpore patimēto poteret modo falso  
 vel (si paulo cōmodius quiescere necesse fuisset)  
 alicui astri, neque positis indumentis, adcuba-  
 ret; vixque satis naturæ faceret indigentia: in se  
 ipsum autem immitti sauoque flagello, nec ci-  
 tra sanguinem desauire, terga corpusque foedè  
 discerpere erat illi perfamiliare. Sed longum  
 eslet omnino recensere, quād adeò afflictum, &  
 flagris contusum debile corpusculum, alijs pra-  
 tegeat laboribus ac vīte asperitatibus. Seuere  
 siangeret; cum illud ferendis operibus subi-  
 ceret,

Ep. II. ad  
Ennæch.

Eisdem  
rigor cum  
fornum  
capere.

Disciplina

*Corpus cō-  
tinuis labo-  
ribus fra-  
dum.* ceret, longis itineribus, Oppidorū Vicorumque concursationibus fatigaret. Quoties hominem ligna, saxa, fabulum conuidentem cōspexerunt?

Quoties in agris, nulla frigoria arietoris habita ratione rusticorum vices explicantem sunt intuiti? Quæ omnia ad corpus edomandum rebellantisque sensus vires atterendas spectabant: quod mortificationis genus priscis etiam illis Sanctis Patribus in visu fuisse, vel unum Macarij Alexandrini Monachi exemplum docet, qui saccum fabulo plenum sæpè gestabat humeris, nihil inde præter extremam laitudinem captans: rogatusque quid superuacua illa sibi vellet opera, egregiè respondit: nisi corpus hoc grauiter affecero, periclitetur anima, necesse est: hunc plane Macarium mihi videtur referre Hieronymus, adeò propefus assiduis laborum defatigationibus ad corporis vires perdomandas. In prima certè labores mihi iacenti sæpe succurrit admirari, qui artus, quod robur, quæ corporis firma constitutio, & membrorum apta eohagmentatio, tantam subire laborum molem potuerit: qui certè humanam fidem excedere videri possent, nisi pios huiusmodi conatus cœlo curz esse sciremus. Vnanimis etiam soror, & que corporis mortificatio ab soluientur.

*Pauperes* indiuisibilis comes eius mortificationis est paupertas; que sola suo honestatu plurimis carentem commodis vel ad ipsam vitam tuerdam necessarijs. Quo in genere quantum Hieronymus, siue ad peculiarem nec unquam insistentem huius virtutis exercitationem, siue ad abfolutam corporis castigationem excelluerit;

adèò

adeò totus illius vitæ cursus legentium oculis obiectus ostendit, nihil ut iam super addi posse videatur. Quare compendio sunt hic aliqua attingenda, tum quæ ad corporis mortificationem, tum quæ ad absolutum huius virtutis exercitium faciunt. Ac ut de primo dicam. Extrema semper earum rerum inopia, quæ sunt alieno corpori necessariæ, ad eius mortificationem, conflictabatur: cumque sedulo cum alijs ageret, ut extremæ pauperum miseriæ vellent obuiam, ire, ex publicaque misericordia nō exigua Christi pauperibus annonæ subsidia exprimeret; ipse tamen commune cum illis paupertatis incommodum præcipuo damno, ex arctioribus scilicet mortificationis legibus, subire volebat; quippe stipem in alios largè dispertiens, sibi tamen, vix quantum quotidiana tolerandæ vitæ necessitas postularet, reseruabat; quoque magis apud illum valebat rarus ille sensus alienæ miseriæ, & diræ famis horror; eo minus sibi vitæ subsidia usurpabat. Itinera insuper, quæcunque incidissent, quouis anni tempore, pedes, & solo diuinæ prouidentiæ viatico instructus obibat: quocumque peruenisset, ad Xenodochia vel Nosocomia pauperum diuertebat, incommoda scilicet, & vilissima huiusmodi diuersoria, quibus cunque nobilium habitationibus, paupertatis & mortificationis simul amator anteferens. Amictu adeò paupere & vili vtebatur, ut interdùm, lœua hyeme procedente, frigore obdurari eius membra viderentur. Atque, ut yno verbo concludam, in hunc planè finem tum domi,

tum extra in suppellecili & victu, ceterisque rebus paupertatem porissimum eminere volebat, quo nullibi mortificando corpori decesset occasio. Eoque studio consequebatur, ut non modo mortificationi inseruiret hæc virtus: sed ad absolvitatem etiam Euangelicæ paupertatis speciem se ipsum, aliosque formaret: quos non in postremo aliquo gradu confistere, sed ad altiores secundum euherc contendebat. Libet his, quam per omnes paupertatis gradus sit egregie vagatus, cursum exponere. Primum enim ab alienata à divitiis voluntate, omnique prava animi affectione detersa, interno illo dinitiarum contemptu inter eos cooptari meritò debet, qui primo in agmine pauperes spiritu à Domino vocantur, & quibus regni Cœlorum possessio addicitur. Verum primo in hoc ordine non constitit ille, sed ad proximam etiam paupertatis gradum evasit; ut in finibus, & in sinu lacunæ bonorum omnium despectu aliquando euulgato, & in lumen educto, rebus suis se sponte abdicaret, omnique paterno censu exutus, Christi pauperissimus fieret. Illud etiam ( quod permagni in paupertatis studio estimatur ) est tertio loco assicurus, ut voluntarie huic rerum abdicationi, perpetuitatem adderet: nam illam semel arctè complexis, in omni postea vita parte diligentissime custodire, & quibuscumque officijs sanctissimè retinuit, summis etiā opibus libens semper cam præstulit. Quippe in ea rerum inopia tam diues, nihil ut appeteret; in magnis vero dinitijs cam largus, omnia ut Christi pauperibus effuse divideret.

deret. Sed uno forte gradu summo illo Euangelicæ paupertatis fastigio minor Hieronymus videri potest; quod, an voti religione ad hoc vitæ genus aliquando se obstrinxerit incertum: Ceterum in tam ampla bonorum abdicatione, qualem de Hieronymo retulimus, maius quoddam ineft voluntariæ paupertatis momentū, & excelsi animi suprà humana omnia erecti argumentum, quam leuiter intuenti appareat. Non enim forte admodum difficile priuata renuntiare fortunæ, nec altioris ordinis iniecta aliqua spe, velle præterea maioris voti a leam experiri: sed hominem in amplissima Republica natum, nequicquam illi maiorum dignitarum, & supremi etiā in sua Ciuitate Principatus suradstante, eo diuitiarum honorumque culmine, sponte decedere, quamcunque supremi fastigij spem abiijcere, & ad tam vilia abiectaque pauperum seruitia se se deiijcere; admirandum profecto, & suprà cōmunia mortalium vota obstupescendata. *Quod facile magnum illum Quinum Gallicanum, bis Consulem, pluries barbarorum vietorem, & Constantini Magni generum designatum animo subiiciat.* Hic toties Romani exercitus Imperator, post Thraces, Dachos, & Scythes bello domitos, Constantiam tamen Constantini Magni Cesaris filiam sibi sponsalium pollicitationibus destinatam, cùm ingenti opum vi sponte dimisit; & ad Ostia Tyberina secedens Sancto viro Hilarino se se aggregavit, & pauperum hospitalitati, infirmorumque seruicio se cotum addixit, multò sibi

sibi gloriōsius fore ratus, cœlesti militiæ subesse, quām Romanæ præesse, & salubrius Christi pauperibus se immiscere, quām primo post Cæsarē loco in Aula confistere: quare tam ardentē in priuatis ædibus serui functus est officio, quām priūs in castris imperatoris ac ducis; nec magis olim militaris gloriæ audius fuit, quām posteā abiectissimè paupertatis studiosus: cui nō admodum absimilis Hieronymus noster videri potest in tām egregio rerum humanarum contemptu, & sui ipsius despectu. Sed & quemadmodum suos habuit admiratores voluntaria Gallicani paupertas, & in Christi pauperes pietas, cū vulgata latiūs per orbem tantæ rei fama, multos vndique illuc acciret, qui ad virum ex Patritio & Consule lauantem pauperum pedes, ponentem mensam, affundentem manibus aquā, languentibus sollicitè ministrantem; & cætera sanctæ seruitutis officia exhibentem, contuendum properarent: ita neque ijsdem suo caruit tempore Hieronymus, quos latè manans in hominum ora eius virtutis rumor, ad ipsum Soma-schensis solitudinis recessum inuitabat, quò tantæ paupertatis & pietatis spectatores forent. In ea verò abiectissima rerum conditione (vt hoc etiam poctremo loco addam) non minori profecto laude digna sunt, quæ in pauperum obsequium præstitit; quām quæ in summa opum affluentia in luxus & voluptatis gratiam à vanis diuitiarū amatoribus profecta videmus: Villas illi, Palatia, Thermas, Theatra, aliqua ædifica-  
cia insanis inuixa substructionibus, & immanni-  
bus

bus columnis suffulta, tam stulta, quam larga diuitiarum profusione excitarunt: sed Hieronymus non secularis auræ, sed paupertatis studio incensus, pauperumque addictus seruitio, humiles casas erigere, hospitia miseris parare, multa passim gymnasia ad exercendam pietatem, charitatemque aperire, in quibus ille de his virtutibus prælectiones quotidie habebat admonitum utiles & frugiferas, non nitido dicendi genere & conquista verborum pompa explicatas, sed assiduis asperæ pœnitentiaz & paupertatis laboribus atque incommodis expressas, que non vulgarem sui corporis mortificationem, illustris cum pietatis significatione, mortalibus obtestarentur.

*Eiusdem interior mortificatio, qua humili  
sui abnegatione, & obe-  
dientia continetur.*

*Cap. IX.*

**S**E D ad alteram mortificationis partem deuenio; qua animi cupiditates frangere, & interni spiritus elationem humili sui contemptu & obedientia deprimere solet. Arduo sane & diffcili certamine, ut non passim huius victoria exempla numerare queas; quippe Chium Aristonem illū plures secuti, ad propriæ laudis gloriazque studia potius, quam veræ virtutis se se regulere: non minora tamen in Hieronymo supererunt huius virtutis, quam cæterarum argumenta; cui vnum illud familiare fuit, infrā omnes

268 *De Vita Hieronymi Aemiliani*  
nes, se se demittere, præ omnibus se contemne-  
re: maximè sollicitus, nè magnarum virtutum  
mercibus referta nauis ad cæcos elationis sco-  
pulos illis, miserè aliquandò superbia: fluctibus  
absorberetur. Molestior fortè videbitur narra-  
tio, si singulos humilitatis, propriæque abne-  
gationis gradus persequar; idcirco pauca tantum  
hoc de genere attingam, ex quibus de reliquis  
in proclui erit iudicium. Ipse hominis habitus  
cum primū in oculos incurreret, erat nō obseu-  
ræ humilitatis indicium: eandemque virtutem  
tum domestica, tum externa eius exercitia pro-  
debant. Domi siquidem ad abiectissima quæque  
& laboriosa ministeria, studiosa & prompta ad  
omne officium celeritate, vel non rogatus, se se-  
porrigebat: hoc erat illi solemne, coquo operam  
dare, sordida culinæ seruitia obire, aquam &  
ligna conuehere, lances patinasque perpurgare,  
reductis ad cùbitum manicis, inquinatos lebe-  
tes & ollas feruēti aqua sua manu diluere, pa-  
uimentorum quisquiliæ verrere, in cuiusque vel  
infimi obsequium se totum occupare: ut, cæte-  
ris officio Prelatus, mutata cum illis officijs vice,  
eorum expleret ministeria: cæterorum seruum  
& administratorem, seu verius mediastinum,  
dixisses. In cōmuni yero & quotidiano congressu  
omnes comiter appellare, & infimum quemque  
blandè affari consuenerat; nec villa re magis tam  
multos ille ad se alliciebat, quam miti illo sua  
uique alloquio. Pauperes autem & egenos pec-  
catori prosequebatur honore, omnia eorum  
causa præstare cupiens; quod in illis singularem  
quan-

quandam Christi Domini speciem agnoscere, qui cum esse Ihesus, propter nos egenus factus est. Si quid interdum ab eo erratum esset (quod in hac contagione in proclivi est) non ille pertinaciter errorem defendere, non studiose occultare; sed grauissimum fateri, emendationem polliceri: s̄pē cum in cœnaculo, cæteris assidentibus, suis erratis vehiam deposceret, id tanto animi sensu & ostensione doloris præstabat, ac si verè grauissima fuisset, qua tamen vel nulla, vel certè ex eorum genero erant, aduersus quæ nunquam fatis causa est humana fragilitas. Sed umbratissima exercitatio virtutis minus forte splendoris habet ac probationis; clarius illa & illustrior, qua integris spectabatur ciuitatibus: cum onustus manticis, ad comunem misericordiam prædixeret in publicum: quo loco ne aliqua forte fiducia humilitatis suspicio esse posset, addebantur insanæ plebis probra, secommota, & contumelie, & cetera, ut quædam capaces vero plurimam haereditatem suam in agno corde edomiri interioris sensus argumento. Egregium fuit olim Sancti Francisci aduersus gliscendum sanitatis suæ famam commentum; illud (quando latius quotidie in vulgo manare, & celebrior in ora deueniret) nè qua in his gloriæ voluptas subiret animum, cum negotium dedit dicacissimo cuidam, vt vitam & mores suos omni verborum petulantia incesseret: virgete illæ immaniter volentem non destitit: quin etiam conuicia aliquantò seuerius acerbiusque quam deceret, quæ sita congestaque in eum scimus: sed

& hoc vnum mirificè aduersus animi elationem medicamentum semper adamauit Hieronymus, sanctæ humilitatis & mortificationis sectator; cui nullum dulcius acroama, quam cōficiorū & iniuriarū nobile præconium. Lacescenti verò, & iniuriam inferenti quam blandum se præberet, satis explicatum, cum barba euulsionem minanti, tam inusitato modestiæ documento, mitissimum se obtulit. Hoc etiam inter insigniores humilitatis & abiectionis notas referendum; infima loca ambire, oblatos honorēs reijcere; suprema munera detrectare: regebat ille initio auctoritate potius, quam imperio reliquorum cœtum, cupiebatque eo se onere leuare; cumque abnueret ceteri, primum tamen ille gradum, quamdiu potuit, recusauit; tamdiu vero restitit, donec opium efflagitacione victus animum inflexit. ut ipse negari tandem & negare; Illud tamen constantissimè semper retinuit, vt, quandò primo loco abire non posset, cum saltem omnium nomina essent conscribenda, tertio se loco semper scriberet, duosque ad minus sibi præferret: idque vetustissima auctorgrapha sua mane exarata, adhuc ostendunt, in quibus Alexandrum Mediolanensem, & Augustinum Bergomensem illi pralatos legimus. Huc etiā mirificè facit, quod alibi à nobis est quæsumum, cur scilicet villarum & solitudinis recessum magnis prætulerit Ciuitatibus; vt enim illam in præsenti causam omittam quæ illi, cum alijs sanctis viris communis esse potuit, qui vrbes illecebrarum plenas, ceu scelerum irritamenta cum eremo

cremo libentissimè cōmutarunt; quo in genere illustris admodum fertur S. Benedictus, qui, Roma cum studijs relata, in solitudine maluit esse cœlestium rerum contemplator, quām in ea Vrbe secularium studiorum cultor: huius tamen Hieronymi consilij primas sibi partes usurpare videtur tūm proximorum charitas, tūm sui ipsius contemptus. Videbat ille rudes & agrestes homines egere admodū Christianæ Doctrinæ magistris, quorum in ciuitatibus copia nō deesset; prīnclibet libentissimè ad eos se cōferebat, exemplo forte Pachomij Monachi, qui animaduerteras proximi vici colonos rerum cœlestium, ignaros, à cultu abesse diuino, & tantummodo in pascendis pecoribus studiū protrahere, vehementer indoluit, nihilque moratus, ad eos se cōtulit; & inter illos tuguriolū cōstituit, neque prius discessit, quā illos docuisse Deum timere Christo credere, piē atqne innocenter viuere. Sed hoc forte melius in singularē hominis humilitatem, suique contemptū reiiciendū; qui se mortalium omnium vilissimū caput, & frequenti illa hominum lude omnino indignū arbitratus, latebras, solitudines, eçaque montū latibula circumspetabat. Sed quē ab hominū cœtu arcebat humilitas renocabat posteā charitas, cogebatque spiritualis institutionis gratia, hominum frequentiam subinde repetere; veluti qui maris periculo emersus, iamquē in ipso portu receptus, si quos naufragio conficiari videt, rursum committit se fluctibus, vt in alto laborantibus opem ferat: ita ferē Hieronymus sua nimirūm quiete aliorū  
salu-

salutem potiorem habens. Superest iam postremo loco eius obedientia explicanda; quam ab animi mortificatione non se iungenda docuimus. Cui virtuti (quoad licuit) semper Hieronymus, cum absoluta sui abdicatione iudicij, ac voluntate promissima paratū, & alacrem se obtulit. Sed cū ceteris moderator præcesset, minus multa huius generis exempla edere potuit. Initio suæ conuersionis quā ardenti obsequendi studio rerū spiritualium moderatori se totū permiserit, ac penitus subiecerit, suo retulimus loco. Cūque postea in disciplinam etiā Caraffæ se tradidisset, ita ab eius nutu pendebat, vt, eo inconsulto, nè leuissima quidē attentaret: Ad tantæ virtutis specimen indicandū, hoc vnu subijciam ex quo de ceteris prudēs Lector conjecturam faciat. Cum Salodij Stephanus Bertazzolus, Hieronymo audentे, aliquot capita ex S. Augustini meditationibus perlegisset, magno pietatis ardore Hieronymum ea lectio compleuerat, vt libellum appromēt vtilem, & fructuosum vehemēter laudaret cōmendaretque; ea res Stephanū impulit, vt librū Hieronymo muneri loco offerret; sed gratum dantis animū multa humanitate collaudans. Hieronymus, gratiæ omnino remittebat: verū cunctanēm ad accipiendū, cum alter precibus perpelleret ardenter, annuit tandem Hieronymus, seqne oblatū manus hac conditione admisit, spopondit, si, datis ea de re ad Caraffam litteris, & ipse consensisset; nè videlicet quicquam in sanctæ obedientiæ iura ea de causa peccasse videbatur. Post verò suum à Caraffa discessum,

scœsum, cum varia obiret loca, nouasque pauperibus sedes pararet; diœcesanis Episcopis eorumque Vicarijs ita se, suaque omnia subdebat, ut singula pro eorum moderaretur arbitrio. Si Circuitatem relinquere, Villasque & agrestes homines Christianæ doctrinæ præceptis imbuere in animo esset, id non nisi Episcopo benedictione annuente, agrediebatur. Nunquam ille vel Circuitates appetebat, vel ab eis Somascham redibet, quin saltem Vicarij benedictione, ac venia muniri vellet. Quin etiam cum Bergomo Mediolanum, ad Orborum contubernium curandū, se contulit, id non nisi permittente Episcopo, ab eo factum asserit Caraffa. Quò manifestè liqueat illum adeòs sancte obediētię studio incensum fuisse, ut quando illius excendat argumenta, tanquam aliorum moderatori inter suos, deessent, ea a pudicis externos studiosissime conquerireret.

### *Eius corporis forma; figura.*

#### *Cap. X.*

**S**atis hucusque quantum vires tulere, internam animi effigiem Hieronymi proferre, hoc est perfectarum virtutis simulacrum, & excellens Christianæ disciplinæ exemplum exprimere sumi conatus: eaque parte quatuor libris adumbrata, ipsam etiam corporis formam, otis lineamenta, faciemque tradere, hac suprema operis clausula, liber. Statura fuisse aliquantò supra communem & tota corporis mole egregiè formatam, capitulo supercilioque nigrū, sed ita, ut atro-densoq; pilo-

S

rum

rum excursu in vnū ferè suprà nasum cōuenirent  
supericia; grandioribus viuacibusq[ue] oculis, &  
pleno tandem maiestatis ore omnino venerabil-  
lem tradiderunt, qui proximi Hieronymo, id  
vel à viuentis imaginis spectatoribus hausere, vel  
contemplari recentes illius æui figuras potuere,  
quam minime aberrantes à vero; sed difficile  
admodum antē tantū temporis absumpta linear-  
menta, penna tanquam pennicillo reponere.  
Multum tamen fuisse dignitatis in illius ore, ac  
vultu, vt vehementer assentias, facit peruetusta  
adhuc Venetijs apud Aemilianos gentiles suos ho-  
minis imago (quā ē presentis vultu forte pictor  
effinxit) quæ barba, & mento confirmata iam etia-  
te virū ea, quam referunt, aspectus dignitate in-  
signem ostendit. Consequentes postea anni ca-  
ritatem, & potenter rigor maciem palloremque  
addidit, sed maiestate vultus, & frontis imperio  
nō immunito. Cernitur adhuc Brixiae in supre-  
ma ædium cōtignatione rudi & ineleganti opere  
expressa hominis iam senis figura, ac penè æui ta-  
be absumpta; quæ tamen ex tam dissipata memoria  
plenū grauitatis propagauit in hāc diem homini-  
nis aspectū. Sed quæ fuerit Hieronymo facies, &  
quam minime dissimilis à pictoribus expressa,  
non multū laboro. Illud vnum est, quod in  
operis meta constitutum me maximè solicitare  
& vrget, vt internam illius animi effigiem tam  
claris virtutum luminibus radiantem, & fusiūs  
hisce libris à me in hunc finem explicatam, quot-  
quot ab Hieronymo sumus, vita & moribus tan-  
dem aliquando ad viuum referamus.

# PROTESTATIO AVCTORIS.

**C**VM Sanctiss.D.N.URBANVS PP.VIII.  
die 13.Martii anno 1625. in S.Congregacionis S.R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum  
ediderit, idemque confirmauerit die 5.Iulii anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum,  
qui Sanctitate, seu Martyriti fama celebres & vita  
migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes,  
seu quacunque beneficia, tanquam eorum  
intercessionibus a Deo accepta continentes sine  
recognitione, atque approbatione Ordinariorum, &  
qua hactenus sine ea impræfissa sunt, nullo modo  
vult censeri approbata. Idem autem Sanctiss.  
mus die 5. Iunii 1631. ita explicuerit, ut nimio-  
rum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati  
absolutè, & qua cadunt super personam, bene-  
tamenea, qua cadunt supra mores, & opinio-  
nem, cum protestatione in principio, quod iis  
nulla adsit auditorias ab Ecclesia Romana, sed  
fides tantum sit penes Auctorem. Huic Decreto;  
eiusque confirmationi, & declarationi obseruan-  
tia, & reverentia, qua pars est, insistendo profi-  
teor me haud alio sensu quicquid in hoc libro re-  
fero, accipere, aut accipi ab ulla velle quam quo  
ea solent, qua humana dumtaxat auctoritate,  
non autem diuina Catbolica Romana Ecclesia,  
aut sancta Sedis Apostolica nituntur, iis tan-  
tummodo exceptis, quos eadem sancta Sedes San-  
ctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo  
adscripsit.

# SERIES

## CAPITVM OPERIS.

### Libri Primi.

<b>P</b>	<i>ATRIA, natales, ortus. cap. 1. pag.</i>	<sup>1</sup>
	<i>Ingenium, puerilis educatio, litterarum studia. cap. 2.</i>	<sup>7</sup>
	<i>Quando primum ad arma transierit. cap. 3.</i>	<sup>9</sup>
	<i>Depravati adolescentiae mores. cap. 4.</i>	<sup>13</sup>
	<i>Iterm difficillime Reipub. tempore ad armas reducatur. cap. 5.</i>	<sup>16</sup>
	<i>Castum Nouum acri oppugnatione Cesariani inuadunt. cap. 6.</i>	<sup>20</sup>
	<i>Castro Novo direpto, Hieronymus carcere addicitur. c. 7.</i>	<sup>24</sup>
	<i>E carcere insigni Beatissima Virginis miraculo liberatur. c. 8.</i>	<sup>27</sup>
	<i>Nouo miraculo Taruiissimum deducitur. c. 9.</i>	<sup>31</sup>
	<i>Bellicis rebus compostis Castro Novo Aemilianus preficitur. c. 10.</i>	<sup>34</sup>
	<i>Defuncto fratre, Magistratus se abdicat, reique familiaris administrationem suscipit. c. 11. 37</i>	
	<i>Insignis in Hieronymo morum mutatio. c. 12. 41</i>	
	<i>Rerum spiritualium Moderatori se totum permittit. cap. 13.</i>	<sup>45</sup>
	<i>Varia virtutum exercitia. c. 14.</i>	<sup>49</sup>
	<i>Ad quem perfectionis gradum, &amp; qua ratione breui peruenierit. c. 15.</i>	<sup>53</sup>

Mi-

<i>Miseris in magna annona caritate plura collata subsidia c. 16.</i>	60
<i>Ioane Petro Caraffa familiariter utitur c. 17.</i>	65
<i>E graui morbo desperata salute conualefuit c. 18 pag.</i>	72

## LIBRI SECUNDI.

<i>Hieronymi deliberatio de noua vita ratione instituenda c. 1.</i>	77
<i>Eius vocatio ad pauperum derelictorum curam cap. 2.</i>	84
<i>Collectis orphanis certa domus assignata, &amp; pre- scripta vivendi ratio c. 3.</i>	87
<i>Ad Orphanos &amp; vicinis etiam insulis colligendos proficiuntur. c. 4.</i>	93
<i>Valestudinarij Insanabilium eura illi demanda- tur. cap. 5.</i>	97
<i>Ad continentis ciuitates eadem charitate inuan- das se confert. c. 6.</i>	102
<i>Brixia orphanorum domus constituitur. c. 7.</i>	104
<i>In Agro Bergomensi fruges metit duo pia loca in Ciuitate exeat. c. 8.</i>	107
<i>Instructio domicilio, impudicarum mulierum sa- luti consultis. cap. 9.</i>	110
<i>Rudes homines in Agro Bergomensi Christianae Fidei mysterijs imbuit. c. 10.</i>	115
<i>Nova sociorum ad Hieronymum facta accessio cap. 11.</i>	119
<i>Prosectorio Hieronymi Nouocomum, Ciuitati, &amp; pauperibus admodum frugifera. c. 12.</i>	120
<i>Primi Comitis Hieronymi socij reges, &amp; obi- tus. cap. 13:</i>	123

**Leonis Carpanensis & primis Hieronymi sociis  
vita, & obitus.c.14.**

129

**LIBRI TERTII.**

**D**E Principe Congregationis loco Meroni in  
communi Conuentu deliberatum. c.1. 135  
Pagi Somaschensis descriptio , aeris temperies .  
cap.2.

139

**Qualis Somasche domesticorum disciplina, & in  
externos caritatis officia.c.3.**

144

**Hieronymi Mediolanum prosector, in Deum fi-  
ducia, & Francisci Sfortiae in Hieronymum  
liberalitas maximam insignis.c.4.**

148

**Pis loci exordia, & varia de Hieronymo Medio-  
lanensium iudicia.c.5.**

153

**Mediolanensibus morbo laborantibus succurrit,  
in signi Dicis testimonio eius eritis comen-  
datur . cap.6.**

157

**Eius Ticini gestae quodammodo condidit 162**

**De Angelo Marco Gambarana c.8. 166**

**De Vincentio Gambarana.c.9 174**

**Lectiones nouis Comitibus, Somaschae redit. c.10.178**

**Nouo domicilio in Arce Somaschensi constituto,  
ardentius pietatis studia colit . c.11. 182**

**Venetias reuerstur c.12. 188**

**Venetis rediens , mira abstinentia documenta  
edit in itinere.c.13. 191**

**Acta eius Salindis, & Brixiae c.14. 194**

**Remotioris solitudinis desiderio incensus nouam  
sedem in Arce sibi constituit. c.15. 201**

**Eius infirmitas, & obitus.c.16 207**

LI-

# 2 V MBRI QUARTE

<i>Plurium testimonio Hieronymi probitas com-</i>	
<i>mendatur. cap. 1.</i>	211
<i>Admiranda quedam de Hieronymo. c. 2.</i>	228
<i>Alia eiusdem generis c. 3.</i>	227
<i>Alia beneficia Hieronymi precibus diuinitatis co-</i>	
<i>cessa. cap. 4.</i>	232
<i>Hieronymi in Deum charitas. c. 5.</i>	239
<i>Eiusdem charitas in proximos. c. 6.</i>	245
<i>Derelictæ sobolis educatio quam pium, &amp; Reipu-</i>	
<i>blica vtile institutum. c. 7.</i>	253
<i>Insignis Hieronymi corporis mortificatio, que</i>	
<i>pénitentia, &amp; paupertate absoluitur. c. 8. 259</i>	
<i>Eiusdem interior mortificationis quæ humile sui</i>	
<i>abnegatione, &amp; obedientia continetur. cap. 9.</i>	
<i>2 pag.</i>	267
<i>Vitis corporis forma, &amp; figura. c. 10.</i>	273
<i>c. 11</i>	

EPI

<i>IV</i>	
<i>Q. 1</i>	
<i>Q. 2</i>	
<i>Q. 3</i>	
<i>Q. 4</i>	
<i>Q. 5</i>	
<i>Q. 6</i>	
<i>Q. 7</i>	
<i>Q. 8</i>	
<i>Q. 9</i>	
<i>Q. 10</i>	
<i>Q. 11</i>	
<i>Q. 12</i>	
<i>Q. 13</i>	
<i>Q. 14</i>	
<i>Q. 15</i>	
<i>Q. 16</i>	
<i>Q. 17</i>	
<i>Q. 18</i>	
<i>Q. 19</i>	
<i>Q. 20</i>	
<i>Q. 21</i>	
<i>Q. 22</i>	
<i>Q. 23</i>	
<i>Q. 24</i>	
<i>Q. 25</i>	
<i>Q. 26</i>	
<i>Q. 27</i>	
<i>Q. 28</i>	
<i>Q. 29</i>	
<i>Q. 30</i>	
<i>Q. 31</i>	
<i>Q. 32</i>	
<i>Q. 33</i>	
<i>Q. 34</i>	
<i>Q. 35</i>	
<i>Q. 36</i>	
<i>Q. 37</i>	
<i>Q. 38</i>	
<i>Q. 39</i>	
<i>Q. 40</i>	
<i>Q. 41</i>	
<i>Q. 42</i>	
<i>Q. 43</i>	
<i>Q. 44</i>	
<i>Q. 45</i>	
<i>Q. 46</i>	
<i>Q. 47</i>	
<i>Q. 48</i>	
<i>Q. 49</i>	
<i>Q. 50</i>	
<i>Q. 51</i>	
<i>Q. 52</i>	
<i>Q. 53</i>	
<i>Q. 54</i>	
<i>Q. 55</i>	
<i>Q. 56</i>	
<i>Q. 57</i>	
<i>Q. 58</i>	
<i>Q. 59</i>	
<i>Q. 60</i>	
<i>Q. 61</i>	
<i>Q. 62</i>	
<i>Q. 63</i>	
<i>Q. 64</i>	
<i>Q. 65</i>	
<i>Q. 66</i>	
<i>Q. 67</i>	
<i>Q. 68</i>	
<i>Q. 69</i>	
<i>Q. 70</i>	
<i>Q. 71</i>	
<i>Q. 72</i>	
<i>Q. 73</i>	
<i>Q. 74</i>	
<i>Q. 75</i>	
<i>Q. 76</i>	
<i>Q. 77</i>	
<i>Q. 78</i>	
<i>Q. 79</i>	
<i>Q. 80</i>	
<i>Q. 81</i>	
<i>Q. 82</i>	
<i>Q. 83</i>	
<i>Q. 84</i>	
<i>Q. 85</i>	
<i>Q. 86</i>	
<i>Q. 87</i>	
<i>Q. 88</i>	
<i>Q. 89</i>	
<i>Q. 90</i>	
<i>Q. 91</i>	
<i>Q. 92</i>	
<i>Q. 93</i>	
<i>Q. 94</i>	
<i>Q. 95</i>	
<i>Q. 96</i>	
<i>Q. 97</i>	
<i>Q. 98</i>	
<i>Q. 99</i>	
<i>Q. 100</i>	
<i>Q. 101</i>	
<i>Q. 102</i>	
<i>Q. 103</i>	
<i>Q. 104</i>	
<i>Q. 105</i>	
<i>Q. 106</i>	
<i>Q. 107</i>	
<i>Q. 108</i>	
<i>Q. 109</i>	
<i>Q. 110</i>	
<i>Q. 111</i>	
<i>Q. 112</i>	
<i>Q. 113</i>	
<i>Q. 114</i>	
<i>Q. 115</i>	
<i>Q. 116</i>	
<i>Q. 117</i>	
<i>Q. 118</i>	
<i>Q. 119</i>	
<i>Q. 120</i>	
<i>Q. 121</i>	
<i>Q. 122</i>	
<i>Q. 123</i>	
<i>Q. 124</i>	
<i>Q. 125</i>	
<i>Q. 126</i>	
<i>Q. 127</i>	
<i>Q. 128</i>	
<i>Q. 129</i>	
<i>Q. 130</i>	
<i>Q. 131</i>	
<i>Q. 132</i>	
<i>Q. 133</i>	
<i>Q. 134</i>	
<i>Q. 135</i>	
<i>Q. 136</i>	
<i>Q. 137</i>	
<i>Q. 138</i>	
<i>Q. 139</i>	
<i>Q. 140</i>	
<i>Q. 141</i>	
<i>Q. 142</i>	
<i>Q. 143</i>	
<i>Q. 144</i>	
<i>Q. 145</i>	
<i>Q. 146</i>	
<i>Q. 147</i>	
<i>Q. 148</i>	
<i>Q. 149</i>	
<i>Q. 150</i>	
<i>Q. 151</i>	
<i>Q. 152</i>	
<i>Q. 153</i>	
<i>Q. 154</i>	
<i>Q. 155</i>	
<i>Q. 156</i>	
<i>Q. 157</i>	
<i>Q. 158</i>	
<i>Q. 159</i>	
<i>Q. 160</i>	
<i>Q. 161</i>	
<i>Q. 162</i>	
<i>Q. 163</i>	
<i>Q. 164</i>	
<i>Q. 165</i>	
<i>Q. 166</i>	
<i>Q. 167</i>	
<i>Q. 168</i>	
<i>Q. 169</i>	
<i>Q. 170</i>	
<i>Q. 171</i>	
<i>Q. 172</i>	
<i>Q. 173</i>	
<i>Q. 174</i>	
<i>Q. 175</i>	
<i>Q. 176</i>	
<i>Q. 177</i>	
<i>Q. 178</i>	
<i>Q. 179</i>	
<i>Q. 180</i>	
<i>Q. 181</i>	
<i>Q. 182</i>	
<i>Q. 183</i>	
<i>Q. 184</i>	
<i>Q. 185</i>	
<i>Q. 186</i>	
<i>Q. 187</i>	
<i>Q. 188</i>	
<i>Q. 189</i>	
<i>Q. 190</i>	
<i>Q. 191</i>	
<i>Q. 192</i>	
<i>Q. 193</i>	
<i>Q. 194</i>	
<i>Q. 195</i>	
<i>Q. 196</i>	
<i>Q. 197</i>	
<i>Q. 198</i>	
<i>Q. 199</i>	
<i>Q. 200</i>	
<i>Q. 201</i>	
<i>Q. 202</i>	
<i>Q. 203</i>	
<i>Q. 204</i>	
<i>Q. 205</i>	
<i>Q. 206</i>	
<i>Q. 207</i>	
<i>Q. 208</i>	
<i>Q. 209</i>	
<i>Q. 210</i>	
<i>Q. 211</i>	
<i>Q. 212</i>	
<i>Q. 213</i>	
<i>Q. 214</i>	
<i>Q. 215</i>	
<i>Q. 216</i>	
<i>Q. 217</i>	
<i>Q. 218</i>	
<i>Q. 219</i>	
<i>Q. 220</i>	
<i>Q. 221</i>	
<i>Q. 222</i>	
<i>Q. 223</i>	
<i>Q. 224</i>	
<i>Q. 225</i>	
<i>Q. 226</i>	
<i>Q. 227</i>	
<i>Q. 228</i>	
<i>Q. 229</i>	
<i>Q. 230</i>	
<i>Q. 231</i>	
<i>Q. 232</i>	
<i>Q. 233</i>	
<i>Q. 234</i>	
<i>Q. 235</i>	
<i>Q. 236</i>	
<i>Q. 237</i>	
<i>Q. 238</i>	
<i>Q. 239</i>	
<i>Q. 240</i>	
<i>Q. 241</i>	
<i>Q. 242</i>	
<i>Q. 243</i>	
<i>Q. 244</i>	
<i>Q. 245</i>	
<i>Q. 246</i>	
<i>Q. 247</i>	
<i>Q. 248</i>	
<i>Q. 249</i>	
<i>Q. 250</i>	
<i>Q. 251</i>	
<i>Q. 252</i>	
<i>Q. 253</i>	
<i>Q. 254</i>	
<i>Q. 255</i>	
<i>Q. 256</i>	
<i>Q. 257</i>	
<i>Q. 258</i>	
<i>Q. 259</i>	
<i>Q. 260</i>	
<i>Q. 261</i>	
<i>Q. 262</i>	
<i>Q. 263</i>	
<i>Q. 264</i>	
<i>Q. 265</i>	
<i>Q. 266</i>	
<i>Q. 267</i>	
<i>Q. 268</i>	
<i>Q. 269</i>	
<i>Q. 270</i>	
<i>Q. 271</i>	
<i>Q. 272</i>	
<i>Q. 273</i>	
<i>Q. 274</i>	
<i>Q. 275</i>	
<i>Q. 276</i>	
<i>Q. 277</i>	
<i>Q. 278</i>	
<i>Q. 279</i>	
<i>Q. 280</i>	
<i>Q. 281</i>	
<i>Q. 282</i>	
<i>Q. 283</i>	
<i>Q. 284</i>	
<i>Q. 285</i>	
<i>Q. 286</i>	
<i>Q. 287</i>	
<i>Q. 288</i>	
<i>Q. 289</i>	
<i>Q. 290</i>	
<i>Q. 291</i>	
<i>Q. 292</i>	
<i>Q. 293</i>	
<i>Q. 294</i>	
<i>Q. 295</i>	
<i>Q. 296</i>	
<i>Q. 297</i>	
<i>Q. 298</i>	
<i>Q. 299</i>	
<i>Q. 300</i>	
<i>Q. 301</i>	
<i>Q. 302</i>	
<i>Q. 303</i>	
<i>Q. 304</i>	
<i>Q. 305</i>	
<i>Q. 306</i>	
<i>Q. 307</i>	
<i>Q. 308</i>	
<i>Q. 309</i>	
<i>Q. 310</i>	
<i>Q. 311</i>	
<i>Q. 312</i>	
<i>Q. 313</i>	
<i>Q. 314</i>	
<i>Q. 315</i>	
<i>Q. 316</i>	
<i>Q. 317</i>	
<i>Q. 318</i>	
<i>Q. 319</i>	
<i>Q. 320</i>	
<i>Q. 321</i>	
<i>Q. 322</i>	
<i>Q. 323</i>	
<i>Q. 324</i>	
<i>Q. 325</i>	
<i>Q. 326</i>	
<i>Q. 327</i>	
<i>Q. 328</i>	
<i>Q. 329</i>	
<i>Q. 330</i>	
<i>Q. 331</i>	
<i>Q. 332</i>	
<i>Q. 333</i>	
<i>Q. 334</i>	
<i>Q. 335</i>	
<i>Q. 336</i>	
<i>Q. 337</i>	
<i>Q. 338</i>	
<i>Q. 339</i>	
<i>Q. 340</i>	
<i>Q. 341</i>	
<i>Q. 342</i>	
<i>Q. 343</i>	
<i>Q. 344</i>	
<i>Q. 345</i>	
<i>Q. 346</i>	
<i>Q. 347</i>	
<i>Q. 348</i>	
<i>Q. 349</i>	
<i>Q. 350</i>	
<i>Q. 351</i>	
<i>Q. 352</i>	
<i>Q. 353</i>	
<i>Q. 354</i>	
<i>Q. 355</i>	
<i>Q. 356</i>	
<i>Q. 357</i>	
<i>Q. 358</i>	
<i>Q. 359</i>	
<i>Q. 360</i>	
<i>Q. 361</i>	
<i>Q. 362</i>	
<i>Q. 363</i>	
<i>Q. 364</i>	
<i>Q. 365</i>	
<i>Q. 366</i>	
<i>Q. 367</i>	
<i>Q. 368</i>	
<i>Q. 369</i>	
<i>Q. 370</i>	
<i>Q. 371</i>	
<i>Q. 372</i>	
<i>Q. 373</i>	
<i>Q. 374</i>	
<i>Q. 375</i>	
<i>Q. 376</i>	
<i>Q. 377</i>	
<i>Q. 378</i>	
<i>Q. 379</i>	
<i>Q. 380</i>	
<i>Q. 381</i>	
<i>Q. 382</i>	
<i>Q. 383</i>	
<i>Q. 384</i>	
<i>Q. 385</i>	
<i>Q. 386</i>	
<i>Q. 387</i>	
<i>Q. 388</i>	
<i>Q. 389</i>	
<i>Q. 390</i>	
<i>Q. 391</i>	
<i>Q. 392</i>	
<i>Q. 393</i>	
<i>Q. 394</i>	
<i>Q. 395</i>	
<i>Q. 396</i>	
<i>Q. 397</i>	
<i>Q. 398</i>	
<i>Q. 399</i>	
<i>Q. 400</i>	
<i>Q. 401</i>	
<i>Q. 402</i>	
<i>Q. 403</i>	
<i>Q. 404</i>	
<i>Q. 405</i>	
<i>Q. 406</i>	
<i>Q. 407</i>	
<i>Q. 408</i>	
<i>Q. 409</i>	
<i>Q. 410</i>	
<i>Q. 411</i>	
<i>Q. 412</i>	
<i>Q. 413</i>	
<i>Q. 414</i>	
<i>Q. 415</i>	
<i>Q. 416</i>	
<i>Q. 417</i>	
<i>Q. 418</i>	
<i>Q. 419</i>	
<i>Q. 420</i>	
<i>Q. 421</i>	
<i>Q. 422</i>	
<i>Q. 423</i>	
<i>Q. 424</i>	
<i>Q. 425</i>	
<i>Q. 426</i>	
<i>Q. 427</i>	
<i>Q. 428</i>	
<i>Q. 429</i>	
<i>Q. 430</i>	
<i>Q. 431</i>	
<i>Q. 432</i>	
<i>Q. 433</i>	
<i>Q. 434</i>	
<i>Q. 435</i>	
<i>Q. 436</i>	
<i>Q. 437</i>	
<i>Q. 438</i>	
<i>Q. 439</i>	
<i>Q. 440</i>	
<i>Q. 441</i>	
<i>Q. 442</i>	
<i>Q. 443</i>	
<i>Q. 444</i>	
<i>Q. 445</i>	
<i>Q. 446</i>	
<i>Q. 447</i>	
<i>Q. 448</i>	
<i>Q. 449</i>	
<i>Q. 450</i>	
<i>Q. 451</i>	
<i>Q. 452</i>	
<i>Q. 453</i>	
<i>Q. 454</i>	
<i>Q. 455</i>	
<i>Q. 456</i>	
<i>Q. 457</i>	
<i>Q. 458</i>	
<i>Q. 459</i>	
<i>Q. 460</i>	
<i>Q. 461</i>	
<i>Q. 462</i>	
<i>Q. 463</i>	
<i>Q. 464</i>	
<i>Q. 465</i>	
<i>Q. 466</i>	
<i>Q. 467</i>	
<i>Q. 468</i>	
<i>Q. 469</i>	
<i>Q. 470</i>	
<i>Q. 471</i>	
<i>Q. 472</i>	
<i>Q. 473</i>	
<i>Q. 474</i>	
<i>Q. 475</i>	
<i>Q. 476</i>	
<i>Q. 477</i>	
<i>Q. 478</i>	
<i>Q. 479</i>	
<i>Q. 480</i>	
<i>Q. 481</i>	
<i>Q. 482</i>	
<i>Q. 483</i>	
<i>Q. 484</i>	
<i>Q. 485</i>	
<i>Q. 486</i>	
<i>Q. 487</i>	
<i>Q. 488</i>	

# SYLLABVS

## RERVM NOTABILIVM.



Bdicatio publicorum munerum quā difficilis visa Hieronymo. pag.	77.78
Abdicat Hieronymus res omnes ter- renas.	82.83
Abnegationis suisipsius initia unde in Hieronymo.	49
Abnegationis proprie gradus.	361
Abstinentia Hier. 108.117.121.185 193 213. 246	
Ad abstinentiam inducuntur alij eius exemplo .	
194.261. & doctrina.	ibid.
Acelum direptum à Germanis.	19
Addua flumen 139.140. describitur.	141
S. Adelhardus vir religiosus orphonis educandis piam curam impendit.	258
Aelius pertinax mercaturam per suos exercuit .	
40. Aer purior qui .	142
Aemilianorum <del>quædam</del> dido familia, templum ,	
Ioannes Petrus.	
S. Aemilianus martyr.	210
Aetas adolescens laboris impatiens, & appetēs libertatis.	8
Aetas longa unde .	143
Aetas florem quam male consumperis Hiero- nymus .	1415
Affabilitas Hieronymi .	268
Afflatus diuinos, excitantisque gratia impulsus quid maximè retardet.	116
Ager.	

- Ager Somascherfis immundus à grandine precibus Hieronymi. 226.227  
 Agunt Padres de religione per summum Pontificem inquisienda. 169  
 Alexander Besuzius addit se Hieronymo sanguis. 180  
 Eius vita virtutum laude commendata. ibid.  
 Alexandri Monaci labores. 262  
 Aloysius Boldonius agit cum Pontifice de nostra Religione approbanda. 170  
 Ambitionem fugit Hier. 30  
 Amicitiam quam studios serereret, & conciliatas exalceret Hier. 24  
 Amor Hieronymi in Deum. 44.78.81.130  
 Amoris Des effectus. 235  
 Amor Hier in proximos. 53.78. & 114.245  
 Amoris in proximos effectus. 246  
 Andreas Borellus Hieronymum inuit. 144  
 Andrea Rismundi Castro Nouo fuga. 19  
 Andreas Scella comprehendatur. 233.238  
 Etiam Dalmatianus projectus. 235  
 Eiusdem agritudo periculosa. ibidem.  
 Voto Hieronymo nuncupato valetudinem recuperat. 236.eius obitus. 238  
 Angelus Amilianus Hieronymi pater. 16  
 Eius obitus immaturus. 12  
 Angelus Marcus Gaberana Hier.socius.166.167  
 Episcopus carus, atque ab epistolis. ibid.  
 Romam petit ad Pontificium diploma impetrandum. 148  
 Cuiusque Congregationem nostram in Religiorum ordinum numerum referenda. 158.169  
 Grea-

- Creatur primus Praepositus Generalis. 171  
 Gestia, & virtutes eius. 171  
 Eiusdem pius obitus. ibid.  
 Animarum saluti instat Hier. 99. 100. 109. 147.  
     148. 158. 217. 249.  
 Animi magnitudo in Hier. 12. 20. 21. 22. 23  
 Animus Hieronymi adbuc iuuenis quam ferox,  
     durus, & obfirmatus. 1415  
 Annona mira caritas in Gallia Cisalpina. 60  
 Annus Natiuitatis Hier. 6  
 Aqua Hieronymi precibus impetrata. 187  
 Aragonij Regespelluntur Regno Neapolitano. 10  
 Arcis Somaschensis situs, ac descriptio. 183. 184  
 Ardor charitatis Hier. 180. 205. unde 253  
 Ardor sociorum eius. 180. 181  
 S. Augustini sententia de frequentia Euchari-  
     stia. 47  
 Augustinus Barilus socius Hieron. eiusque vita  
     laudatissima. 119  
 Auxilium diuinū præsens Hieronymo. 42. 81. 223  
 Ab eo imploratur. 82
- B**
- Bartholomeus Scalmus. 192  
 Bartholomæi Spataforæ de Hieronymo te-  
     stimonium. 215  
 Bartholomei Peregrini testimonio de eodem. 216  
 Bellum Venetis ingruit. 16  
     Quando eis illatura & quale. 17  
 Benacensis lacus, & ora descriptio. 195. 197. 198  
 Bene agere præstantiam, quād habilitate diffe-  
     rere. 225

Bene-

<i>Benedictione Episcopi munitus procedit Hieronymus ad ignoratos erudiendos.</i>	115.273
<i>S. Benedictus Abbas solitudinis cultor.</i>	271
<i>Beneficium in se à B. Virgine collatum predicit obique Hieronymus.</i>	33
<i>Beneficia accepta meritis Hieronymi.</i>	232
<i>Benevolentia nostra, &amp; ty Patrum beatiorum Religionem.</i>	70
<i>Benignitas Venetorum in orphandis.</i>	92.97
<i>Brixiensum in eosdem.</i>	105
<i>Item Comensem.</i>	222
<i>Bergomum Hieronymum vocant eius Verbis calamitates.</i>	307
<i>Bergomensium liberalitas in conuoyas mulieres.</i>	334
<i>S. Bernardini pia opera in agrotos.</i>	247
<i>Bernardus Odescalchus civis Comensis, &amp; eius liberalitas.</i>	123
<i>Blaspheuiam tollit Hieronymus.</i>	236.229 342
<i>Bonitas diuina quos beneficijs ad virtutem allicere nequit, ex parte d' malis reuocat.</i>	27
<i>Bonitas diuina in Hieronymo.</i>	26.149.165
<i>Et in fratribus.</i>	222
<i>Bonorum confutudo utilis.</i>	43
<i>Borum familiaritatem conquirit Hieronymus eosque diligit &amp; obseruat.</i>	ibid.
<i>Berbonius Urbem diripit.</i>	66

C

**C**assian Gombarana Episcopus Dorthonensis vota Patrum excipit. 170  
B.Cai-

<i>B. Caetani Thienensis opera &amp; sanctitas.</i>	97
<i>Calotis confitere cupit Hieronymus.</i>	137
<i>Canonicus Lateranensis Hieronymi confessor, &amp; magister.</i>	46
<i>Cantilenis turpibus sublati pias inducit Hieronymus.</i>	109
<i>Carolus Octauus Galliarum Rex Regno Neapolitanu potitur.</i>	10
<i>S. Carolus visitator Apostolicus orphanis profuit.</i>	234
<i>Cassiani locus de vitijs expugnandis.</i>	58
<i>Castitas nutat inter milites.</i>	12
<i>Castro Nouo praeficitur Hieronymus.</i>	9.19
<i>Castrum Nouum oppugnatur.</i>	20
<i>A Germanis diripitur.</i>	ibid.
<i>Receptum familie Aemiliane attribuitur.</i>	35
<i>Castro Nouo iterum praefectus Hieronymus.</i>	ibi.
<i>Cato censorius mercator.</i>	40
<i>Charitas Hieronymi in Deum.</i>	44. à nu. 239
<i>Charitas Hieronymi in proximos.</i>	61.62.105. 158.162.218. à 245.254.271.
<i>Ad charitatem alios incendit.</i>	212.217
<i>Cibus Hieronymi.</i>	105.117.121.160
<i>Claves è caelo delatas accipit Hieronymus à B. Virgine.</i>	31.32
<i>S. Clemens Episcopus, &amp; Martyr orphanorum curam suscepit.</i>	258
<i>Cœlestia quando exspectantur.</i>	241
<i>Cogitationes Hieronymi.</i>	43.53.83.85.86.88.
<i>Cognitionis sui ipsius cupidus Hieronymus.</i>	43
<i>Cobortationes Hieronymi.</i>	100.183.183.134. 158.190.205.249.
	<i>Cobort.</i>

<i>Cobortatio Hier. morituri ad socios.</i>	209.212
<i>Collocutiones inanes vetat Hier.</i>	183
<i>Colligit orphanos Hier.</i>	87.105.154.164.217
<i>Concordia nobis à Christo commendata:</i>	54
<i>Concordia sociorum Hieronymi.</i>	181
<i>Commoditates oblatas respuit Hier.</i>	151
<i>Compedes Hieronymo iniecti quales.</i>	33
<i>Conciones audit Hier. attentissimè.</i>	42
<i>Confessionem frequentat Hier.</i>	46
<i>Conscientia stimulis agitatus Hier.</i>	43.47
<i>Eius securitas, &amp; tranquillitas:</i>	48
<i>Constantia Hieronymi.</i>	20.23.158.269
<i>Consuetudo peccandi quam periculosa.</i>	27
<i>Consuetudo cum bonis quam utilis, &amp; cum im- probis quam damnosa.</i>	45
<i>Consuetudinis bona effectus.</i>	235
<i>Consulitur Hier. de rebus animæ.</i>	100
<i>Consuluntur Hier. socii de rebus animæ.</i>	182.183
<i>Convalescit ex morbo Hier.</i>	74
<i>Contemptus Dei, &amp; hominum ex diuitijs, &amp; bo- noribus.</i>	256
<i>Contemptus sui ipsius in Hier.</i>	49.50.56.83 256.271.
<i>Contemptus sui tulit aequo animo Hieron.</i>	159
<i>Contemptus rerum humanarum quam diffi- lis.</i>	79
<i>Contumelia, &amp; id genus alia quam grata Hiero- nymo.</i>	269
<i>Eas paratus beneficijs compensare, ne durea- mittere.</i>	54
<i>Id quod re ipsa præfuit.</i>	59.156
<i>Magno contemplationis desiderio tenetur Hier.</i>	102.

<i>ron.</i> 199. 200. ea fruitur.	204
<i>Conuersio perfecta quibus rebus contineatur.</i>	42
<i>Conuersioni Hieron. initia.</i>	9. 26. 27
<i>Conuentus primus à Hier. &amp; socijs habitus.</i>	136
<i>secundus</i> 179. <i>tertius.</i>	200
<i>Conuiua cur non aspernetur interdum Hieronymus.</i>	194. 195
<i>Correctionis morum dilatio stulta.</i>	138
<i>Crumenam auro plenam oblatam repudiat Hieronymum.</i>	152
<i>Cruciatus Hieron. in carcere.</i>	26
<i>Cura Hier. erga orphanos.</i>	88. 95. 98. 153. 218
<i>Erga agrotos.</i>	64. 118. 146. 158. 218. 248
<i>Erga mulieres conuersas.</i>	114. 216

## D

<b>D</b> <i>Eliberatio animi anceps in Hier.</i>	83
<i>Desides vituperantur.</i>	88
<i>Descriptio urbis Venetiarum.</i>	2. 3
<i>Descriptio Pagi Somaeschensis.</i>	142
<i>Eius Arcis.</i>	183. 184
<i>Descriptio vallis Sancti Martini.</i>	139. 140
<i>Descriptio Abduae fluminis.</i>	14. 141
<i>Aestuariorum circa Venetias.</i>	93. 94
<i>Canicula.</i>	108
<i>Habitus Veneta nobilitatis.</i>	83
<i>Deum iratum curat placare Hieron.</i>	159
<i>Illi Hieron. se dicat.</i>	75. 82
<i>Dexteritas Hier. in fœminis in honestis à turpis judine abducendis.</i>	112
<i>Dicta Hieron. qualia.</i>	42

Diète-

<i>Dicitur in eum quo animo tuleris.</i>	156
<i>Dies obitus Hieron.</i>	210. 213. 214
<i>Dignitatum contemptor Hier.</i>	49. 78
<i>Dignitates reicit Carpanus.</i>	133
<i>Dionora, vel Eleonora mater Hier.</i>	6
<i>Diplomata Pontificia Congregationis concessa pag.</i>	168
<i>Discedit Venetij Hieron.</i>	193. 192
<i>Disciplina Somaschenfi domitilij qualis.</i>	144. 181
<i>Mediolanensis.</i> 155. <i>Ticinensis.</i> 164. <i>Sociorum.</i>	181
<i>Distrubis Hier. suppelletibim domesticam confa pauperum.</i>	62. 63
<i>Demonum astutias, ut cognoscat Hier.</i>	341
<i>Doctrina christiana radimenta docet Hier.</i>	109
<i>Domicilium orphanorum primum Venetij eritum.</i>	87
<i>Domicilium Brixense.</i>	104
<i>Domicilia duo Bergomensia.</i>	109
<i>Domicilium item mulierum conuersarum.</i>	114
<i>Domicilio duo Nouocomensia.</i>	122
<i>Domicilio Somaschense.</i>	144
<i>Domicilium Mediolanense.</i>	154
<i>Domicilium Ticinense.</i>	164
<i>Domicilium in Arce Somaschenfi.</i>	184
<i>Aliud ibidem pauperum domicilium.</i>	186
<i>Domus Hier. quam facile patet egenis.</i>	63
<i>Donorum cœlestium opes cur Deus potius in pauperes, quam in diuites effundat.</i>	257

Eccle-

<b>E</b> Celestie calamitatis exdruciant Hieronymū.	
<b>E</b> pag.	244.245
<b>E</b> lectis omnia in bonum proficiunt.	8
<b>S.</b> Elisabetha Landgrāvij uxoris quiescentia ra-	
bio.	240
<b>E</b> ius in agros pietatis officia.	247
<b>E</b> logium Pij V. de Hier. & Patribus.	170
<b>E</b> mendatio multorum exemplo Hier.	96
<b>E</b> remus Hieron.	204
<b>E</b> rratis suis abscribit Hier. suas calamitates.	28
<b>P.</b> Buangelista Auratus Prapositus Generalis.	
pag.	192
<b>B</b> ucharistia myſterium sapissime obit Hier.	46
<b>E</b> ius fructus.	47
<b>E</b> xagitatur maledictis Hier.	153
<b>E</b> xempla malorum, quam bonorum proclivius homines sequuntur.	45
<b>E</b> xempla Hier.	91.216.217
<b>E</b> xemplo eius corriguntur multi.	96.101.16
<b>E</b> xempla magis mouent, quam verbis	
<b>E</b> xercitationes piæ Hier.	
<b>E</b> xercitia Hier.	52
<b>E</b> xercitorum	

**F** Ag  
go  
Fam  
Far

<i>Familia Emiliana, &amp; Maruccina, quam nobis &amp; unde profecta.</i>	3
<i>Fusidium rerum terrenarum in Hier.</i>	43
<i>Febris corripitur Hier. &amp; abspueri.</i>	149
<i>Ferdinandus Hispaniarum Rex cum Venetis in- fensus.</i>	17
<i>Festorum dierum cultum suader Hier.</i>	226
<i>Fides Hier. in bonis uerposum curandis.</i>	41.83
<i>Fiducia Hier. in Deum.</i>	88.97.149.152 123
<i>Filijs Dei qua nota a filiis Damoris discernan- tur.</i>	14
<i>Fœdus aliorum Principum in Veneto: &amp; eius cause.</i>	11
<i>Fortitudo militaris Hier.</i>	25
<i>S. Francisci commentum ad sanctimoniam suam tegendarum.</i>	268
<i>Franciscus Sforzia Dux Medio- sicus in Hieron.</i>	bene-
<i>Eius explorat studium pauperum.</i>	151
<i>Eundem colit.</i>	151
<i>Locum illi emit domicilio ex.</i>	153
<i>Obitus eius.</i>	ibid.
<i>Francesco Sforza Vincet.</i>	154
<i>Francesco Sforza Vincet.</i>	epre-
<i>in Pa-</i>	177
<i>lifit</i>	179
<i>Eu-</i>	60.161
<i>isi</i>	47
<i>148.15</i>	45
<i>ensim</i>	148.15
<i>ementer</i>	38.227
<i>228</i>	228

<b>E</b> Celestia calamitates exorciante Hieronymus.	
pag.	244.245
Electis omnia in bonum proficiunt.	8
S. Elisabetha Landgravis uxoris quiescentis ratio.	240
Eius in agros pietatis officia.	247
Elogium Pij V. de Hier. & Patribus.	170
Emendatio multorum exemplo Hier.	96
Eremus Hieron.	204
Erratis suis abscribit Hier. suas calamitates.	28
P. Evangelista Auratus Praepositus Generalis.	
pag.	192
Eucharistiae mysterium sapissime obit Hier.	46
Eius fructus.	47
Exagitatur maledictis Hier.	153
Exempla malorum, quam bonoram proclivius homines sequuntur.	45
Exempla Hier.	91.216.217
Exemplo eius corrigitur multi.	96.101.165
Exempla magis mouent, quam verba.	165
Exercitationes pia Hier. & sociorum.	145
Exercitia Hier. 52.88.98. & sociorum.	185.187
Exercitorum eius moderatio.	100.186.

**F**

<b>F</b> Actum Hier. insigne ad blasphemiam corrugandam.	
Fama de Hier.	142.143
Fames dira in Cisalpina Gallia.	92.100.119.162.182.227
Fami-	60.61

<i>Familia Emilianis, &amp; Maurocena, quam nobis.</i>	3
<i>&amp; unde profecta.</i>	
<i>Fastidium rerum terrenarum in Hier.</i>	43
<i>Febri corripitur Hier. &amp; alij pueri.</i>	149
<i>Ferdinandus Hispaniarum Rex cur Venetis non sensus.</i>	17
<i>Festorum dierum cultum suadet Hier.</i>	226
<i>Fides Hier. in bonis ne potum curandis.</i>	41.82
<i>Fiducia Hier. in Deum.</i>	88.97.149.152.123
<i>Filiij Dei qua nota a filiis Demonis discernantur.</i>	34
<i>Fodus aliorum Principum in Venetos &amp; eius causa.</i>	11
<i>Fortitudo militaris Hier.</i>	25
<i>S. Francisci commentum ad sanctimoniam suam tegendam.</i>	268
<i>Franciscus Sforzia Dux Mediolanensis beneficis in Hieron.</i>	150.151
<i>Eius explorat studium paupertatis.</i>	151
<i>Eundem colit.</i>	153
<i>Locum illius in domicio extruendo.</i>	ibid.
<i>Obitus eius.</i>	154
<i>Franciscus Pesantius Vincentii Gambarana precepibus adiutus.</i>	177
<i>Franciscus Albinus in Patres benignus.</i>	179
<i>Fridericus Panigarola fit Hier. socius.</i>	160.161
<i>Fructus sacrae fontis Eucharistie.</i>	47
<i>Confessionis generalis in Hier.</i>	48
<i>Fructus animarum ex Congregatione.</i>	148.165
<i>Fruges curas Hieron in agro Bergomensi metendas.</i>	108

**G**aleatus Moronus orphanorum heredes. instituit. Generis nobilitas quanti apud Deum estimetur. Germanorum inventanitas in Castri. Noui direptione. 25  
Sicutia in Hieron. Gloriam quam aspernaretur Hieron. 26 30. 2. 25  
Ab eius periculo socios abducit. 182 Gloria diuina studiosus Hieron. 91. 103  
Gradum superiorem ut recusat. 270

**H**

**H**ieronymi natuitas. 6  
Eius prima militia tyrocinia. 9. 12. 13  
Castro Nova proficitur. 19. 33  
Captus Germanis liberatur à B. V. 30. 32  
Eius vita mutatio. 36. 42. 77  
Orphanorum curam suscepit. 86  
Eius Brixiam profectio. 204 Bergomii. 107. 109  
Neuocomum. 120. In Somaschensem vien. 138  
Mediolanum. 148. Ticinum. 152  
Eius Venetias reditus. 189. Brixianus. 200. Somascham. 201. ubi eius obitus. 209. de 70. plurima alia fui. totis. 212. 213  
De S. Honorati charitate dictum. S. Hieronymi. 213  
Honor Hieron. mortuo dicitur. 214. 215  
Honorum anchisio Hieron. mortua corrigit. 216  
Hospitium recusat Hieron. nisi orphanis. frumentum admissis. 150

**Humi-**

*Humilitas Hieronymi.*

4447.91.267.270

*Humilitatis gradus.*

261

I

I

<i>Acobus Metaxanus conualescit in uocato Hieronymimo.</i>	231
<i>Iesunia Hieron.</i>	52
<i>Contra carnis illecebras quisque armis depue-</i>	
<i>gnet.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Ignorantiam nequam fidei depellit Hieron.</i>	210
<i>Improbi quam agresti obiurgatione ferant.</i>	15
<i>Borum consuetudo quam damnosa.</i>	45
<i>Impetrata precibus puerorum simplicitati ascri-</i>	
<i>bit Hieron.</i>	102
<i>Inertes quam merito omnibus iniusti.</i>	88
<i>Inimicitias gerere quam à Christiana religione</i>	
<i>alienum.</i>	53
<i>Initia nouorum operum ferè feruentiora.</i>	97
<i>Initiaris acceptas quam libenter remittat Hiero-</i>	
<i>nimi.</i>	54.156
<i>Ioannes Petrus Caraffa magister vite spiritua-</i>	
<i>lis Hieron.</i>	65
<i>In eis amicitiam, &amp; consuetudinem se Hieron.</i>	
<i>infinitat.</i>	68
<i>Romam Hieron. per litteras invitat.</i>	20
<i>Ioannes Emiliani duo commendantur.</i>	65
<i>Ioannes Tisseranus primus mulierum conuersa-</i>	
<i>eum infistorior.</i>	111
<i>Ioannes Antonius Mazolenus Hier. vehementer</i>	
<i>obstigit.</i>	138.227
<i>Eius meritis curatur.</i>	228

T 2

Ira

*Iræ motibus quam obnoxius aliquando Hier.* 53  
*Itinera pedes obit Hieron.* 263  
*Iura humana plusquam diuina apud improbos  
valent:* 16

<b>L</b> abores Hier.	108.109.145.149.155.181
<b>L</b> achrymæ Hier.	43.48.52.82.102.204
<b>L</b> argus in alios parcus in seipsum.	263
<b>L</b> audes proprias quam aueretur.	50.99.103.156
<b>L</b> ectionem sacram mensa adbibet Hier.	145
<b>L</b> eetus Hieron.	101.105.123.150.204
<b>L</b> eges præscribit Hier. feminis conuerfis.	114
<b>L</b> eo Carpanus excipit Hier. cum pauperibus.	131
Eius res gestæ, & pietatis opera.	ibid.
<b>L</b> iberalitas Brixiensum.	106
<b>B</b> ergomenium.	114
<b>L</b> eonis Carpani.	130.135
<b>A</b> ndrea Borelli.	144
<b>F</b> rancisci Sforzæ Ducis Mediol.	152
<b>L</b> icentia iuuendutis summum seruitutis iugū.	13
<b>L</b> ipomanus Antistes Bergomensis.	114
<b>D</b> e loco Congregationis principe diligendo ria patrum sententia.	136
<b>D</b> e eo reiecta ad Hier. deliberatio.	137
<b>L</b> ucam fratrem defunctum fusis presibus expiandum curat Hieron.	37
<b>L</b> udoicus Rex Gallæ cur Venetio iratus.	17

*Maca-*

## M

<b>M</b> acarius Monacus Alexandrinus.	263
<i>Magister necessarius in vita spirituali.</i>	45
<i>Malorum consuetudo bonis officit.</i>	45
<i>Maneas Zenonis pater mercator.</i>	40
<i>Maria Virgo data mortalibus misericordia ma-</i>	
<i>ter.</i>	29
<i>Mariæ Decegnies, &amp; eius viri in agros pietatis</i>	
<i>opera.</i>	248
<i>Martyres qui dicantur.</i>	248
<i>Maturitas, &amp; dexteritas Hieron. in tractandis</i>	
<i>ingenijs.</i>	166
<i>Mediolanensis agri penuria.</i>	60
<i>Mendicat Hier. victimum orphanorum.</i>	105.117.
155.156.218.246.	
<i>Menti distractæ colligende quid conducat.</i>	202
<i>Mentis in Deum eleuatio quam facilis Hierony-</i>	
<i>mo.</i>	240
<i>Mercatura non officit nobilitati.</i>	38
<i>de Mercatura Cic. sententia.</i>	39
<i>Mercurius res mercatura inuentor.</i>	40
<i>Ministeria abiectissima obit Hieron.</i>	268
<i>Mira quadam de Hieron.</i>	224.225.228.229.231.
232.233.237,	
<i>Misericordia in Hieron.</i>	62
<i>ad Misericordiam inducuntur alij exemplo Hie-</i>	
<i>ronymo.</i>	64
<i>Mitis in delinquentes Hieron.</i>	252
<i>Monita Hieron. morientis.</i>	226
<i>Morbus grauis grassatur Mediolani.</i>	257
<i>A quo immunis Hieron, cum suis.</i>	159
<i>Venetij.</i>	237

<i>Morbo vexatur Hieron.</i>	72
<i>Ex eo conualescit.</i>	78
<i>Lethali corripitur.</i>	208
<i>Moribus bonis quam obssiat militia.</i>	12
<i>Morum emendatio in Hieron.</i>	42.60
<i>Mores corriguntur exemplo Hieron.</i>	96
<i>Morum Sanctimoniam in Ecclesia sibiuit Hieronymus.</i>	220.244
<i>Morientibus praesto Hieron.</i>	64.99.218
<i>Mors Hieron unde.</i>	245
<i>Mortificatio Hieron.</i>	52.105.117.186. &c. 259
<i>Mortificatio tūm anima, tūm corporis.</i>	260
<i>Mortificationem persecutam paucis affequuntur. pag.</i>	267
<i>Mutatio in Hieron.</i>	42.81.84

## N

<i>Necessaria suppeditantur mulieribus Conveneris.</i>	114
<i>Erga nepotes Hieron. studium.</i>	38
<i>Nepotum tutela se abdicat Hieron.</i>	82
<i>Nicolaus Ormanetus Vicarius Mediol.</i>	127
<i>Nicolaus Ruggerius Curatus.</i>	224.225
<i>Nobilitati mercatura non officit.</i>	39
<i>Nobilitatis insignia reicit Hieron.</i>	83
<i>Nominis immortalitatem aliquando spectauit Hieron.</i>	13
<i>Noctes Hieron. vel precibus vel agrorum cura intentus dicit insomnes.</i>	239
<i>Novocomum petit Hieron.</i>	120
<i>Etus urbis commendatio.</i>	121
<i>Obe-</i>	

## O

<b>Obedientiam pollicetur Hier.</b>	<i>suo spirituali-</i>
<i>magistro,</i>	46
<b>Obedientia Hieron. specimen.</b>	274
<b>Obedientia sociorum Hieron.</b>	145
<b>Obitum suum predicit Hieron.</b>	191.206
<b>Odium rerum terrenarum in Hieron.</b>	43
<b>Odor ex sepulchro Vincentij Gambarani.</b>	177
<b>Ondeorum aedes conductit Hieron.</b>	144
<b>Opera pietatis Hieron. in pauperes.</b>	246
<i>In agrotos.</i>	247.248
<b>Opinionem vulgi negligit Hieron.</b>	55
<b>Opinio de Hieron.</b>	93.100.153.180.182
<b>Opulentis quam rebus terrenis addicti.</b>	256
<b>Orationum Hier. assiduitas.</b>	52.82.115.118
<i>Barum fructus.</i>	240
<b>Ordo in rebus quam necessarius:</b>	136
<b>Orphanorum cura à Hier. primò suscepta.</b>	86
<i>Borum institutio.</i>	154.154
<i>Proces à 88. aq[ua]t[us] 95. 98. leges domes- ciæ. 88. supplicationes diebus festis.</i>	90
<b>Quinius Gallicanus.</b>	263

## P

<b>P</b> acem conciliat inter inimicos Hier.	243
<i>Pax inter Principes.</i>	34
<b>S. Pochomius Monachus.</b>	271
<b>Pafnutius Abbas Thaidem scortum conuertit.</b>	
<i>pag.</i>	250
<b>Palemon Monachus.</b>	260
<i>Pa-</i>	

<i>Palissia belli Dux.</i>	20.21.22.
<i>Panes aucti precibus Hier.</i>	224.225.229
<i>Panis eiusdem vis ad morbos pellendos.</i>	224
<i>Parentes Hieron. commendati.</i>	46
<i>Patientia Hieron. in aduersis.</i>	37.72.150
<i>Inferendis iniurijs.</i>	34.156.219.252.
<i>Eius patientiae specimen.</i>	55
<i>Patres ad Veneti Seminarij curam ascersti.</i>	71
<i>Pauperes rebus diuinis interdum aptiores.</i>	256
<i>Paupertas maximè cordi Hieron.</i>	43.83.87.151.
	262.264,
<i>Eius illustre exemplum.</i>	151.152
<i>Paupertatis comes mortificatio.</i>	262
<i>Pauperum ministerio addictus Hieron.</i>	82.83.
	à pag.
<i>In eos beneficis Hieron.</i>	51.62.63.95
<i>Paupertatis Hieron. magnitudo unde pensanda.</i>	265
<i>Paupertatis gradus quos Hier. mensus est.</i>	264
<i>Perturbations animi in Hieron. sedata.</i>	56
<i>Petrus Emilianus commendatus.</i>	5
<i>Petri Borelli studium in pauperes.</i>	137
<i>Pietatis officia Hieron. in Deum.</i>	36.78.80
<i>Eiusdem pietatis officia in pauperes.</i>	164.217.
	228.
<i>In agros.</i>	146.246.247.
<i>Ad pietatem christianam alios erudit.</i>	95.100.
	104.117.147.
<i>Ad eam multi exemplo eius excitantur.</i>	92.106
	123.165.
<i>Pius V. Congregationis Studiosus eam in Religionis numerum refert.</i>	170.
	<i>Eius.</i>

<i>Bius de Hieron. testimonium.</i>	220
<i>Plato mercatorum exercuit.</i>	39
<i>Poenitentia initium Hieroni</i>	28
<i>Bius in ea exercitia.</i>	43.44
<i>Alios ad eam inducit.</i>	93
<i>Precatio Hier. ad Virg. Beatissimam.</i>	32.33
<i>Precatiuncula iaculatoria Hier. familiaris.</i>	44
<i>Alia pueris prescripta.</i>	244
<i>Preces Hier. &amp; fociorum.</i>	145
<i>Preces Hier interturbare nititur Damon.</i>	241
<i>Precibus Hieron. ascribitur Veneta Reipub. in-</i>	
<i>columitas.</i>	99
<i>Primi Comitis virtate &amp; rebus facta.</i>	121
<i>Principum Italia consilia.</i>	10
<i>Progressus Hier. in spirituali vita.</i>	50.78.13
<i>In proximorum charitate.</i>	47
<i>Providentia divina erga Hiero.</i>	8.15.17.27.149.
	199.222.
<i>Prudentia Amigonia meritis Hier. curata.</i>	234
<i>Pugna inter Coriolanum VIII. &amp; Vandalos.</i>	13
<i>Pugnandi ratio cum vitiss Hieron.</i>	56.57
<i>Quam &amp; alios docet.</i>	ibid.
<i>Pugna spiritualis.</i>	78.79

R

<i>R Atio Hier. in rudibus instituendis.</i>	115
<i>Rationes suas explorat Hieron.</i>	201.212
<i>Rerum terrenarum contemptus in Hier.</i>	217.241
<i>Responsum Hieron. ad Legatos Patisia.</i>	20
<i>Aliud eiusdem.</i>	203
<i>Responsum Macbarij Alexandrin.</i>	226
<i>Rudes instituit Hieron.</i>	95.116.147
	<i>Sacra</i>

<i>Sacerdotum et reliquorum</i>	108
<b>S</b> acramentorum frequentiam inducit Hieronymus. 114.118.	114
Salodium oppidum describitur. . . . .	193
Sanitas agris collata pietate Hier. magis quam curatione. . . . .	147
Scipio Albanus primus Hieron. uitam auxilavit.	179
Scrupulis agitatus aliquando Hieron. . . . .	47
Scrupulorum incommoda. . . . .	48
Secessum exoptat Hieron. ad seipsum colligendum. . . . .	199.201
Sedes in caelo Hieron. parata. . . . .	226
Sensus Hieron. seipso. . . . .	50
Sepsus proprijs libertas Hier. suspecta. . . . .	69
Sententiae variae de Hieron. . . . .	155.156
Sepultura mortuos Hieron. donat. . . . .	64
Serapionis Abbatis doctrina de vitijs profligandis. . . . .	138
Sermonis Hier. licet simplicie quantus fructus pag. . . . .	211
Sermonum eius initium. . . . .	216
Severus in vitia Hieron. . . . .	252
Situs verbis Venetiarum . . . . .	2
Socios Hier. multi se addunt. . . . .	119.160.161
Solon mercatorum exercuit. . . . .	39
Somaseba prima sedes Congregationis. . . . .	138.139
Somasebensis Religionis institutum. . . . .	86
S.Sopronius Episcopus orphanorum patronus . . . . .	259
Sponsio Hieron. de immunitate agrorum grandine qua conditione . . . . .	226.227
Stepha-	

<i>Stepbanus Bertazolus.</i>	192.200
<i>Studiū orationis in Hier.</i> 108.138.121.205.229	
<i>Supplicationes orphanorum.</i> 60.105.121.162	

## T

<i>Thymleus Diuo Thoma Emilianorum sum- ptibus extrectum.</i>	4
<i>Aliud Diuo Mauro à Maurocenis adificati.</i>	5
<i>Temperantia mira Hier.</i> multi permitti.	194
<i>Terrena quando sordescant.</i>	241
<i>Testimonia de Hieron.</i> sanctitatis. 212.233.243 217.220.	
<i>Thais meretrix conversa.</i>	250
<i>Thales mercaturam exercuit.</i>	39
<i>Thomassina Maurocens Regina.</i>	6
<i>Ticini exceptus Hieron.</i>	162.163
<i>Tristes solatur Hieron.</i>	190
<i>Tutela nepotum demandatur Hieron.</i>	37
<i>Ea fe abdicat.</i>	

## V

<i>Valeudinarium incurabilium Venetijs.</i> 97	
<i>Vallis S. Martini idonea principi Congre- gationis loco deligendo.</i>	137
<i>Eius descriptio.</i>	139.140
<i>Venetae urbis fitus, descriptio, &amp; commendatio. in Venetorum perniciem qui conspirauerint.</i> 17	
<i>Ventorum qualitas, &amp; utilitas.</i>	142.143
<i>Veronica Monialis meritis Hier. curata.</i>	229
<i>Vespasianus Imperator mercaturā exercuit</i>	.40
<i>Victo.</i>	

<i>Victorum insolentia.</i>	10
<i>Vindicta cupiditatem reprimit Hieron.</i>	56
<i>Vincentius Gambarena Hier. adiungitur.</i>	166
<i>Multa de illo.</i>	167
<i>Victus &amp; vestitus Hieron. ac sociorum.</i> 14.181. 185.260.	
<i>Virginum pauperum pudori proprieit Hier.</i>	51
<i>Virtutis præstantia locum apud Deum habet.</i>	4
<i>Virtus bellicæ Hieron.</i>	24
<i>de Virtute Hieron. testimonia.</i>	180
<i>Vigio mira de gloria Hieron.</i>	225
<i>Visitationem locorum pedes obit Hieron.</i>	188
<i>Visitationis modus.</i>	189
<i>Vita Hieron. à quibus scripta.</i>	174.234
<i>Vitia qua ratione euellenda.</i>	56.57
<i>Votum B. Virginis à Hieron. nuncupatum.</i>	30

## Z

<i>Zacharias Pizzano in orphanos beneficis.</i>	
<i>Z pag.</i>	107
<i>Zeno mercaturam fecit.</i>	30
<i>S. Zoticus orphanorum institutor.</i>	257

FINIS.













